

Math. 3. sed eum uerit dicēs, genimina viparum. & cat.  
 Isaic. 54. Porro Christus grandiori stomacho est. iniqui-  
 tates nostras, ipse fert, languores nostros pro-  
 pius curat. ut qui magis amat: ut qui Deus est,  
 dissimulans peccata hominum propter pœni-  
 tentiam. Sed audiamus quid Ioannes in deser-  
 to prædicet:

**Pœnitentiam** inquit *agite*. Vbi iam oc-  
 currit locus dubitandi.

Quid o Ioannes omnibus pœnitentiam à pec-  
 catis prædicat, cū nō omnes eo tempore essent  
 peccatores? An non tunc erat Sacra virgo, eiuf-  
 que sponsus Ioseph, & alij multi? cur his etiam  
 pœnitentiam indicis? Certè quia status ille le-  
 gis antiquæ, cuius extremum erat Ioānes, erat  
 status peccatorum. erant tunc omnia sub pec-  
 cato conclusa. Omnes erant, (quantum erat  
 ex lege) peccatores: quos ita peccatum inuase-  
 rat, ut necesse esset totam vitam dolere, ac pœ-  
 nitentiam agere. Notandum enim magnopere  
 est, quod Ioannes non dixit. pœnitentiam per  
 tres aut quatuor dies, aut per annum agite. sed  
 absolutè pœnitentiam agite. quasi dicat tota vi-  
 ta uestra pœnitentia sit. An non miserum est,  
 ita Deum offendisse, ut oporteat vitam vniuer-  
 sam pœnitere? ¶ Secundò sentit Ioannes: iam  
 appropinquat vester medicus, uestram procu-  
 curate medicinam, imò verò uestrum sentite  
 languorem, vulnus vobis dolere uestrum, do-  
 lorè habete. Agite igitur pœnitentiam, siqui-  
 dem appropinquat, qui dolorem uestrum cu-  
 ret & sanet. Nec enim vester languor terrena  
 medicina curari potest, imò totum regnum cœ-  
 lorum appropinquare debet, ut sanemini. o pec-  
 cati grauitatem! o medicine præteritum! o medici  
 largitatem! ¶ Tertio: Appropinquat in animam  
 uestram regnum totum Dei: tollite igitur per  
 pœnitentiam cordis uestri lapideam duritiam.  
 & quia qui auertitur à Deo, per superbiam auer-  
 titur, (& superbia mors est,) complanate mō-  
 tem hunc, ne impedimento sit regno venienti.  
 ¶ Quartò: Nemo dignè pœnitere potest, nisi à  
 gratia Dei præuentus. en vobis gratia Dei ap-  
 propinquat. videte ne quis gratiæ huic desit: ne  
 vobis miseriam, gratiæ iniuriam, Deoq; gratiæ colla-  
 tori, cōtumeliā cōcilietis. ¶ Quintò: Quis credere  
 posset, futurum aliquē, qui opes regni, & regni  
 cœlorum, & regni cœlorum iam proximi, despi-  
 ciat & contemnat? En vobis opes regni vili præ-  
 tio conceduntur. sola pœnitentia numus est,  
 quo opes tantæ parantur? Si regni opes tibi tra-  
 duntur, rex futurus es. & quotutiùs regnū pos-  
 fideas, intra te regnum erit. hoc enim regnū est  
 Deus ipse: vita quædam cœlestis: lex spiritus, &  
 vite. lux, ignis, amor, iustitia, pax, & gaudium in  
 spiritu. ¶ Et nota rerum consequentiam. Pœni-  
 tentiam inquit agite, quia appropi. r. c. Sanè  
 eo ipso quo Dominus incarnatus est, factus est  
 Deus propinquus toti generi humano. & ideo  
 velut factus est obligatus auxilium suum co-

piofius homini impendere. Cum ergo Deus iam  
 auxiliū gratiæ offerat, quo saluemur: rectissimè  
 dicitur, pœnitentiam agite: en vobis gratia,  
 qua pœnitentes saluemini. ¶ Nolo hīc silentio  
 prætereire, eam quæ me & multos torfit quæstio-  
 nem. quid causæ est, ut Deus à peccatoribus pœ-  
 nitentiam, dolorem, & afflictionem exigat?  
 An non erat satius amorem in Deum, & in pro-  
 ximum exigere? cur Deus contristare vult  
 peccatorem, eius peccatum, (si non contriste-  
 tur,) non remissurus? Torfit quæstio hæc Luthe-  
 ranos, adeò ut dicerent: non à nobis Deum  
 tristitiam pro commisso crimine requirere, sed  
 solam vitæ nouitatem. Porro stat sententia. Si  
 vultis appropinquet in vos regnum, dolete, tri-  
 stitiam secundum Deum habete. Sed cur ita? Sa-  
 nè quia tam malum, tam pestilense est peccatum,  
 ut fas non sit, quin tu dete vindictam sumas, do-  
 leasque, quod ea pestis, animam tuam inuaserit.  
 Est tam graue vulnus, quod tibi peccatum infli-  
 xit, ut nefas sit te non exardescere, & non irari  
 dolorèque velut gladium arripere, quo pecca-  
 tum interimas. ¶ Secundò: Sicut in Christo fa-  
 ctum est, ita & in te fieri oportet. Christus non  
 resurrexit, nisi mortuus. nec mortuus est sine  
 acerrimo dolore: ita fieri nequit, ut in nouam  
 vitam surgas, nisi homine vetere mortuo: nec ut  
 cunque mortuo, sed summo dolore crucifixo.  
 definiunt enim Theologi, quòd dolor esse de-  
 beat summus, (saltem appetitiuè,) qui pecca-  
 tum mortale deleturus est. Ut igitur Heua sine  
 dolore non parit filios: ita quæ peccauit anima,  
 sine dolore non pariet Christum. ¶ Tertio: Li-  
 cet Deus misericors sit: ita tamen misericors est,  
 ut & iustus sit. Dicitur enim in Sapiencia: Mife-  
 ricordia & ira ab illo citò proximant. nunquam  
 igitur voluit Dominus ita suæ misericordiæ in-  
 dulgere, quin suæ iustitiæ rigorem seruaret ille-  
 sum. id tibi persuasum sit, ex misericordia Pater  
 generis humani misertus est: sed non sine sum-  
 mo rigore iustitiæ, in filij sui passione monstra-  
 tæ. Ita igitur Deus vult peccatoris misereri, ut  
 rigorem suæ vindictæ non prætereat. non præ-  
 terit tñ, ubi ipse peccator sui vindex est iustus.  
 ¶ Quartò. mihi videtur Deus gaudere, videns  
 suum & tuum aduersarium, quem prius colebas  
 ut Deum, nūc à te, ut hostem damnari. Peccatū  
 coluisti ut Idolum. dignum est, ut cum arcam  
 Dei velis in animam tuam inducere, Dagonem  
 prosternas ad terram. caput ei & manus discin-  
 das, vltionemq; de inimico recipias. ¶ Quintò:  
 Hic est nature ordo, hæc lex. ut nunquam offen-  
 sum tibi concilies, nisi de offensa dolere te asse-  
 ras. & quia Deus corda videt: ex eadem nature  
 lege, non patitur tibi cōciliari, nisi verè doleas,  
 quod eum offenderis. ¶ Sextò: Hic item est na-  
 turæ tenor, ut antea imperfectū sit, quàm perfe-  
 ctum. ante ver, est hyems. ante festum vespere.  
 ante gratiam lex. ante amorem timor. ante gau-  
 dium dolor, nolis igitur sine dolore gaudere.  
 ¶ Septimo

2. Corin. 7

Rom. 6.

Genes. 3.

Eccle. 5. 16.

1. Reg. 3.

1. Cori. 15.



¶ Septimò: Delectatione offendisti, & delectatione tibi mors inceptit in aia: Contraria igitur contrariis eurentur. dolore in gratiam Dei redi, dolore vita anime incipiat. Sed hinc te obsecro nota. Ne credas prius esse dolorem in te, quã tibi Dei gratia adsit. Imò verò à gratia quam tibi Deus infudit, est dolor in anima tua. ideo enim dicitur, pœnitementi, quia regnũ appropinquauit. Nec enim fieri posset, vt pœniteremini, nisi appropinquasset. Sed ita Deus hanc tuam iustificationem temperauit, vt etiam si gratiam ipse tibi cõferat, quicquid aliud agas, nisi dolueris: gratiam auferet quã dedit. Sed progrediamur.

**Hic est** *de quo dictum est.* Hanc Ioannis prædicationẽ confirmat Mathæus, asserens, non prædicasse Ioannem, nisi quæ prædicta erant, quod esset ipse prædicaturus: vt videlicet respondeat res vaticinio. Sicut enim æquum erat, oia quæ Christ⁹ gessit prius vaticiniis fuisse decantata: ita etiam fuit, vt quæ Ioannes prædicauit, vaticiniis etiam prædicerentur. Igitur Ioannes prædicauit, pœnitentiam agite. Porro pœnitentię duę sunt partes. Altera est dolor de commisso scelere: altera est propositum cauendi in futurum. Qui igitur dolet de culpa, is parat viam Domino. Ille enim viam Domino parat, qui cum prius à Deo fuisset auersus, nunc ad ipsum conuertitur. Qui verò proponit cauere, is rectas facit semitas Dei. Sanè dolor de peccato ampla via est, nec difficilis nimium. At cauere in posterum, ea angusta semita est. Facile est sanè, de nequitia dolere, siquidem ad id, ipsa natura propendit. Sed tecum statuere amplius nunquam peccare, semita est, angusta & difficilis est. Porro quia tam dolor, quam propositum debent esse propter Deũ, vt Deo placeant, ideo merito dicitur, parate viam Domini: rectam facite semitam eius. Nec enim quãuis via, aut quãuis semita Deus vult venire. Igitur Ioannes prædicans pœnitentiam nihil aliud prædicat, quã parate viam, dirigit semitam, sicut Isaias prædixerat eum prædicaturum. ¶ Sed quid est, quod Isaias addit. Parate viam, rectas facite in solitudine semitas? Num egrediendũ nobis est in desertum, ad parandam viam & dirigendam semitam? Ita planè. Cum enim proponit animus hominis cauere ab omni peccato, tunc solus manet homo, cum solo Deo. Statuit enim in corde suo, Deum super omnia. abiicitque omnia propter Deum dicens, Si omnia sine Deo habiturus sum, malo Deum sine omnibus, quam omnia sine Deo. Illa reuera solitudo est, cum dicit homo Deo. Domine deserant me omnia, & defero ego omnia, vt te habeam. Mundus mihi crucifigatur & ego mundo, ne caream te. ¶ Secundò: Rursum: tantum negotium est dolere de peccato, & recogitare annos præteritos in amaritudine anime, vt dignissimũ sit in agrum exire, ad meditandum cum Isaac. ne negocia popularia per strepentia, animum cogitantẽ interpellent.

¶ Tertiò: Quòd si in agrum exire non licet, certè ita in domo tua te para, ac si esses sol⁹ in agro: grauissimum negotium facere te puta, cum parare viam Domino instituis: te solũ, cum Deo solo cõstitue. Ita fiet, vt in clauso cubiculo tuo perinde sis, ac si in agro & solitudine esses. & in hoc agro & solitudine inuenies thesauros absconditos. Nec enim alibi facillè reperiuntur.

¶ Quartò: Intellige etiam ex verbis illis Isaiæ terram quam habitamus solitudinem esse, licet aliòqui sit plena populo. Si parãda est in terra hac via Domino, & dicit Isaias, parandã esse in solitudine: igitur terra solitudo est. ¶ Quintò Demum intellige, animam subditam peccatis verè solitudinem esse, & in ea viam Domino esse parandam. O misericordiam eius, qui per talem solitudinem venit!

**Ipse verò** *Ioannes erat vestitus ex pilis camelorum.* Id est, ex cilicio, seu sacco pilis camelorum contexto. Nam ex pilis è caudis equorũ detractis, solent cilicia texi. At Ioannes pilos camelorum deligit, ex quibus sibi vestem textam pararet. Hic aduerte, Adam vestitum è pellibus seu coriis animalis defuncti. Ioannem verò verò vestitum è pilis cameli: animalis quidem viui, sed duri & setosi. Christum porro intueri vestitum veste cõmuni, nec admodum vili. siquidem milites super eius veste sortiuntur. Igitur Adam vestitus è corio animantis mortui, representat hominem è gratia lapsum in peccatum: ac proinde totum, ipsamet morte vestitũ. Dictũ enim est: in quacunq̃ue hora comederis morte morieris. Erit videlicet ipsa mors vestis tua. Porro Ioannes pilis viui animalis, sed asperi, vestitus, figura est Iudeorum lege sua, sancta quidem illa, iusta & bona, vestitorum: at lex ipsa sancta, aspera erat, adeo vt iugũ ipsa esset, quod nec nos (inquit Petr⁹) nec patres nostri portare potuimus. Quis enim ciliciũ pro veste ferat? At Christus leui habitu indutus, vitam Christiani hominis civilem, blandam, & ex viuo animali, Christo, profectam indicat. ¶ Nam si ad mores hæc conuertere libu erit, manifestum est, Camelos esse diuites, qui adeò difficilè regnũ Dei intrant, sicut cameli foramen acus. Profectò pili (qui superfluitates nostrę sunt) diuitum superflua representant. Quòd igitur Ioannes affligat carnem suam pilis cameli, figura est, quod prædicator debet affligere animam suam, videns diuites tot habere superflua. Interim tamè sicut Ioannes vestitur ex eo quod eius carnem pungebat: ita prædicatori licebit edere, bibere & vestiri ex diuitũ superfluo. Si. n. noseis spiritualia seminamus: quid mirum est, si eorum carnalia metamus? At quia quiuis prædicator debet pauperes vt propriam carnem diligere: ideo merito Ioannes induitur pilis camelorum, ostendens prædicatoris curam hæc esse debere, vt pauperes id est, carnem suam, superfluis diuitum induat. ¶ Quòd verò Zonam pelliceam super lumbos suos

Concil.  
Trident.  
Sess. 6. c. 5

Concilium  
Florenti.

Sup. fo.  
12.

Galat. 6.

Isaie. 38.

Genes. 24.

Math. 6.

Math. 13.

Thren. 1.

Genes. 3.

Math. 27.

Genes. 3.

Roma 7.

Actor. 15.

Math. 19.

1. Corin. 9.



suos collocavit Ioannes, indicium esse credo magne rei. Pellis vt dixi, defuncti animalis est. Mortem igitur propter peccatū, & ipsum peccatum indicat. Lumbos verò certum est, esse locū cogitationum: sicut & renes. Admonetur igitur p̄dicator vt semper cogitet, quot sint hominū peccata: quotq; propter peccata, miseriarū turbę in homines irruant. hac ratione pellē in lūbis habebit. ne habebit vt cūq;, sed ea cingetur: strictē viuēs & castē. Nihil. n. adeo cingit lūbos nostros, quā mortis & p̄narum (quę propter peccatum intrarunt in mundū,) cōtinua cogitatio. ¶ Quod etiam Ioannes locustas manducat, nō caret mysterio. Locustę sunt herbarum, & terrę nascentium p̄sentanea pestis: significāt igitur peccata nostra, quę sunt pestis animarum & corporum nostrorum. Voluit igitur Ioannes p̄dicatorem officij sui admonere, vt p̄dicator peccata populi voret: Deum orando, vt ea populo condonet: populum admonendo vt reiiciat: se ipsum exemplum p̄bēdo, vt peccata omnino dispereant. Sit igitur vorator & destructor peccatorum, qui p̄dicare cupit, vt decet. ¶ Demū Ioannes mel edit Syluestre indicans quam debeat p̄dicator amare secessus & solitudinē, vbi cum Bernardo, Benedicto, & aliis patribus, plus melleę dulcedinis ex quercubus & fagis contemplando percipiat: quā eximię eruditionis ex libris & doctoribus legendo decerpit. Igitur mel dulcedinem contemplationis designat. Sed syluestre mel non nisi in solitudinibus ferē inueniri demonstrat

**Tunc exhibat** *ad eum omnis Ierosolyma.* Certum enim est, ad p̄dicatorem, qui ita vt Ioannes vixerit, exituros omnes, confitentes peccata sua, & baptismū ab eo suscipientes. Sanē multi sunt p̄dicatores, qui auditorum corda emolliunt, vt elemosinas largiantur, vt templa edificent, vt opera misericordię exercent. Sed cum p̄dicator suos conterit auditores, habetque vocem, quę sicut malleus conterit petras. (id est, corda in peccatis durata, in contritionis puluerem redigit,) ille ille p̄dicator est Ioāni similis: qui Iudęos, durissimos, carnales, & legi ferē tēporali subiectos ad rem tantam adigit: vt illos, ad confessionem & baptismū adduceret. is ergo diuinus p̄dicator est, qui peccatores vt confiteantur inducit: vt que vitę suę rationem, secundum p̄dicatoris regulas, suscipiant. Id. n. est à Ioanne baptizari. ¶ Hic aduerte solennem fuisse Iudęis baptismū, adeo vt venientes e foro non manducarent, nisi prius baptizati: vt traditur Marci 7. vt enim credebant, ea peccata sibi dimitti, quę in hyrcum Sacerdos imprecabatur, videbanturq; illis, sua peccata in hyrcum reiici ita videbantur, si lauerentur, cum e foro redibant, peccata in foro cōtracta, in aquā deiici. ac si maculę animi essent maculis carnis similes. Idcirco facilē fuit Ioāni Iudęos ad baptismum prouocare, tot videlicet

baptismis assuefactos. Rursum nec fuit difficilē eos ad confessionem allicere: quia vt nunc dicebam, adducebat Pontifex hyrcum, & confitebatur peccata sua, simulque populus sua etiam peccata confitebatur, quę in hyrcum iniiciebatur. Erat igitur Iudęis sua quędam confessio, licet non sicut nostra. At licet Ioānes vsus sit facilibus rebus, scilicet baptismo & confessione: tanta tamē erat viri maiestas, vt ad quiduis prouocare, etiam difficillimum, si voluisset, potuisset. Da mihi virum adeo sanctum vt fuit Ioānes, & videbis populum, res etiam difficillimas agredientē. ergo nostra mollitudo molles reddit auditores. Nec mihi est incredibile, multos auditorum Ioannis, peccata sua publicē confesos, quid enim non faciat sanctitas tam conspicua? Quod si factū est, apertum etiam est, quam munierit Ioannes viam cōfessionis Christianę.

**Videns** *autem multos Pharisęos & Sadduceos venientes ad se, ait. progenies viperarū.* (Ac si diceret. viperę, hominesque viperei,) qui vobis de. su. à ven. ira? Porro vocauit eos vipersas, quia extimē erāt speciosi, vt sepulchra dealbata, sed intimē erant pleni veneno, id est, iniquitate & rapina. Tum, quia sicut viperę vipersas pariunt: ita & hi circuibant mare & aridā vt facerent vnum profelytum: quem vbi effecerant, faciebant duplo venenatiorem viperam. & tandem si libet nosse causas cur Dominus, & Ioānes vocarint vipersas, lege Mathęi caput. 23. ¶ Porro miratur vehementer Ioannes, quis docuerit Pharisęos, & Sadduceos fugere ab ira ventura. Causa verò cur admiretur, nō est adeo clara. Sed prior quę mihi occurrit ea est. Quia cum Sadducei negarent resurrectionē mortuorum, & hęc eorū professio esset: nunc dictis Ioānis à sua met professione diuelli, miraculū est. Mirabile enim est, quod qui negat seculū futurum, timeat iram venturā, fugiatque quod esse non credit. ¶ Iam licet Pharisęi confiteantur seculum aliud, credo tamen eos putasse nullū Iudęum in infernū abiturū. adeo fidebant Abrahę, qui filios suos nullatenus sineret in infernum abire. Hoc enim existimo, voluisse Ioānem admonere, cum dixit. Nolite dicere filij Abrahę sumus. Cū igitur ita Pharisęi essent persuasi, an nō meritō miratur Ioannes, dicens, quis vobis persuasit, vt timeretis, & fugeretis rem, quā aut negabatis, aut certē nihil ad vos attinere credebatis? ¶ Vbi nota: quā sit difficilē eos qui non sani sunt infidē, ad veritatem reparari. miratur enim Ioannes, quod à sua persuasionē discesserint. ¶ Secunda causa illa est: Miratur meritō Ioannes homines viciis assuefactos à multis retro diebus, ad lucis splendorem accedere. Quasi dicat: Cum tam longē à Deo fueritis disiti, quę nā tāta illa fuit Dei misericordia, quę vobis appropiauit. Cumque ira ventura ius, & velut potestatem habuerit in vos, quis fuit tam pius, qui ex faucibus irę, diaboli, & inferni, extrahere voluit?

Psal. 37.  
& 35.

Roma. 9.

1. Sci's Soto.  
7<sup>o</sup>. 10. 1<sup>o</sup>.

Osce. 4.

Ierem. 23.

Marci. 7.

Leuiti. 10.

Leuiti. 10.

Math. 23.

Math. 23.

Ioan. 8.



voluit? Intelligent igitur qui viciorum callos habent, quam miretur Ioannes si ad Deum conuertantur. **¶** Tertia causa est: Quia difficillimū est homines religiosos si mali sint, ad factimoniā reuocari: horret Deus doctam maliciam. Sed multo magis horret maliciam, religionis habitu contactam. Ideo enim adeo vehemēter excañdescebat Dominus contra hypocritas: vt contra eos, qui sub specie sanctitatis arma contra Deum gerūt. ipsis enim armis quibus erat Deo seruiendum, ipsis armis Dei, contra Deum abuti, hęc verò grauissima culpa est: ac ideo difficillimē sanatur: adeo vt Ioannes miretur, si curam recipiat. Rectē igitur eorum qui viperę sunt, miratur Ioannes conuersionem. **¶** Quarta causa est: Viperam si tractes, eius morsu morieris, O summū miraculum, quod Deus velit vipereos homines tractare, manibus contrectare. & licet ab eis mordendū se, & moriturum eorum morsu sciat, tractare tamen non destitit. Certum est morsibus, id est pœnis, peccatorum nostrorum Christum mortuum esse. Peccata enim ipse tulit, ab eis dilaniatus est. Quis igitur fuit tam pius o viperę, vt proprię mortis periculo, vos tractare, & a ventura ira fugere demonstrarit? **¶** Demū causa vltima est, quę nō solos Pharisęos tangit, sed & omnes homines auersos a Deo. Cum enim statuerint oculos suos declinare in terram, cum toti ad pręsentia conuertantur: miratur Ioānes quis tā potens fuerit: vt homines nihil aliud curantes, quam pręsentia & terrena, timeant & fugiant futura, & ęterna. Certō sciat omnis qui a Deo auersus est, tantā potentiam Deum exercere, cum eum excitat, vt iram futuram timeat, quantā exercuit in filij sui, Christi Domini nostri resurrectione.

**Facite** Ergo fructus dignos pœnitentię. Sensus est. Si Dñs demonstrat vobis fugere, si lumen in vobis accendit, si auxilium gratię contulit: accurrite, properate, facite fructus pœnitentię decentes. tenete quod habetis, ne alius accipiat coronā vestram. Fecit Deus quod non tibi debebat: tu fac quod illi, & tibi, & rationi debes. **¶** Vnde tibi inferte licebit, quod demonstratio quā tibi Deus illuxit, arbor est, quę fructus faciat, & quod faciat in manu nostra situm esse. Est igitur hic ordo verborum. quia, Deus tibi illuxit, arborem in anima tua sequit: vt faciat fructus: tu fac vt cū fructibus respōdeas. **¶** Quęres tamen, quis sit fructus pœnitentię dignus? Ego tibi respondeo: fructus pœnitentię dignus est, si doleas de commisso scelere, non propter infamiam; non propter timorem pœnarum, sed propter amorem Dei quem offendisti: rursus si proponas emendare vitam, nouāque vitę rationem instituas, propter eundem Dominum: item si castiges in te quantum deliquisti: Si amputes peccati occasiones, Hi sunt pœnitentię fructus genuini & natui. & quos Theologi vocant elicitos actus. alij verò virtu-

tum actus a pœnitentiā nō eliciuntur, licet imperari possint. **¶** Iam est peccatum res adeo grauis, vt licet vitam totam doleas, minus fecisti, nondum fructum pœnitentię dignum exhibuisti. & nisi passio Domini, intercessisset, quę meritum operi tuo prębuisset, non erat tuum opus pœnitentię dignum. Christo igitur gratia, qui succum & viorē fructui prębuit. vt dignus esset tali arbore. **¶** Facite fructum dignum pœnitentię, is enim erit dignus, quem edat Deus, quemq; carpas ex arbore gratię, quā in anima plantauit. Vide igitur ne fructus tuus sit vanus, quem sibi gloria vana pteripiat: vide ne sit pręcox, vt antē tempus cadat. **¶** Non est igitur fructus pœnitentię dignus qui vel est adeo mollis, vt asperam pœnitentię arbore non deceat: vel est adeo pręcox vt ex asperitate mandi non possit. Sit igitur pœnitentię ratio & prudentia moderatā. vt nec maior sit & asperior quā ferre possis, & cadat: nec minor, vt degenerasse ab arbore videatur. Sit ergo rationale obsequium vestrū. **¶** Et quia pœnitentię virtutibus omnibus connexa est, proximeq; ex charitate procedit, vide vt fructus tuus sit a pœnitentię virtutibus germana, profectus. Si enim hinc pœnites, hinc verò intractabilis es, & asper, non est fructus pœnitentię amantis, sed est spina pœnitentię pungentis. Ita ergo pœniteas: vt virtutum aliarum ne obliuiscaris. quod si feceris, fructum pœnitentię dignum protulisti. **¶** Demū quia quęuis opera ab eo qui in mortali peccato est, opera inimici Dei sunt: & propterea Deus ea grata non habet: vt qui ea opera habeat grata, quę a gratis hominibus proficiscuntur. respexit enim Deus prius ad Abel, inde ad opera eius, & ora-

tiones impiorum non exaudiuntur, quia eorum manus sanguine plene sunt. Hinc fit, vt opera omnia pœnitentię, quę feceris, dum in peccato mortali es, non sint opera pœnitentię digna. Nec enim pœnitentię habet, qui in peccata pœnitentię labitur, nec resurgit. Si igitur dum pœnites, cecidisti: iterum surge, vt pœnitentię opera, pœnitentię digna, perficias.

**Et ne velitis** dicere patrē habemus Abrahamā. Si patrem tantum habere, non prodest Iudęis ad salutem: quid verò proderit aliorum Diuorum intercessio? Si pater fidelium non iuuat peccatores, nec ergo iuuabit diuus Benedictus, Bernardus, aut Augustinus. Quid? Si Abrahamę intercessio nō proficit Iudęis, num proderit Virginis sacrę, aut Christi redemptoris, nobis qui sumus Christiani? Planē si iniqui esse volumus, nihil proficiet: porro si iniquitatem fugere libet, proderit vehementer. Imò vehementer verum est, his qui iniqui esse voluerunt, multum obfuisse patrem habere vel Abrahamum, vel Christum. maiori enim pœna punietur malus Christianus, quam malus gentilis: ille enim habuit, quem vt filius referret, hic verò non admodum habuit.

Math. 23.

Isaie. 53.

Psal. 16.

1. p. d.

Apos. 3.

satisfac

Concil. Trident. sess. 6.

Can. 42.

Concil. Florent.

Concil. Trident.

Roma. 12.

Genes. 4. Isaie. 1.



¶ Sed grauis difficultas est, cur nō confidere poterant Iudei in Patre suo Abrahamo? Cur Ioannes adimit gloriatiōē filiorū in patribus suis? An non Abraham intercedebat pro impijs Iudeis, sicut & modo Christus pro iniquis Christianis? num Stephanus nō intercessit pro Paulo, qui in suo peccato durus erat? Ambrosi<sup>9</sup> pro Augustino? Cur igitur non licebit mihi etiā impio, remedium de Christo expectare? Ad hoc quantum ad Abrahamum spectat dici potest: Abraham eo tantum tempore intercessisse pro Iudeis (vt eorū aduocatus,) quo nondū venerat Messias, qui aduocandi officium pro fidelibus excepit, ipsi Abrahamo succedēs. Est igitur Ioānis sensus: Iam nolite in Abrahamo gloriari, nō ille iam est fidelium summus aduocatus. successorē habet Christum: eius querite patrociniū: Siquidem illud patrociniū Abrahamē iam cessauit. ¶ Secundō dici potest, Quod cum Deus propter peccata alicuius, decreuit illum delere: decreuit etiam nullius patrociniū pro illo peccatore recipere. Ita noluit admittere preces Samuelis pro Saule, quē regno exautorare cōstituerat. Ita noluit preces admittere Ieremię pro populo, quem parabat abicere. Cū igitur Deus populum Iudeorum (Christo veniente) pararet relinquere, & Christianorum plebē creare, patrociniū Abrahamē pro Iudeis futurum non erat. Iudei igitur iam nolite Abrahamum iactare: eius oratio pro Iudeorum pace, nō est ab eo proferenda: ideo neq; à Deo audiēda. ne ergo cōfidatis in eo. ¶ Tertio magis ad rē dici poterit Quod profecto sancti in cœlo pro impijs intercedunt. Sed cum eorum intercessio Deū non obliget, vt faciat quæ illi petunt, consiliū est prudentissimum, vt nemo illi baculo nemiū innitatur, sed pro virili contendat iniquitatem fugere, ne in ea moriatur. Petrus dicit, Dabo operam, frequenter habere vos post obitū meū, vt horum omnium memoriam habeatis. Quod promisit in carne Petrus, prestitit in cœlo. Orat & orat pro omnibus: sed nō oēs eorū oratione saluantur. saluātur ij solū, qui sunt preordinati in vitam eternam. Quid ergo scis, an tu sis ex his quibus Petri oratio nō proderit? noli igitur huic sancto nimis hēre & confidere, si iniquus esse vis. ¶ Ultimo dico. Sanctos in cœlo licet liberi sint, nihil tñ optare, aut cupere, nisi id solū quod sciūt, Deū velle quod optēt. Quare nullus sanctorum vnquam efficaciter intercessit nisi pro illo, quē Deus volebat, sancti intercessiōe iuari. Consultissimē igitur Ioannes consulebat Iudeis: ne sanctorum suffragijs admodum fiderēt, si ipsi mali esse vellent. Siquidē nesciebant quē ex malis, Deus ex malitia eripere destinasset. ¶ Addit porrō causam Ioannes, dicēs. *Potens est Deus ex lapidibus suscitare filios Abrahamæ.* Quasi dicat. putatis, quod Deus non poterit vos Abrahamē filios defraudare benedictionibus, Abrahamē promissis: at nō est ita. Poterit De<sup>9</sup>

alios filios ex lapidibus formare, qui filij Abrahamę sint, & benedictionibus Abrahamę potiantur. ¶ Sed iam ego requiro. Si Pharisei lapides sunt, quia duri sunt, cur Deus ex eis non suscitaret Abrahamę filios, sed alios lapides querit, ex quibus suscitaret? lapides sunt omnes mali, cur ex his lapidibus non eos deligit Dominus, qui in carne etiam filij Abrahamę sint? cur alios querit, qui nihil ad Abraham spectent? Ad hoc prior causa erat, Quod licet lapides essent Pharisei, putabāt tamen se non lapides esse, sed id solum sibi sat esse, si ex carne Abraham descenderēt. Vt ergo Deus falsam hanc amputet fiduciā, ostendatq; nihil illi carnē sine spiritu placere, ideo abicit eos qui ius videbātur habere, assumit verō eos qui nihil de se confidere poterāt. Verissimē igitur Paulus. Deus non vocat diuites, sapientes, nobiles, sed stulta mundi vocat, & quę nō sunt: vt non habeat caro vnde gloriari possit, sed omnis gloriatio sit ex Christo. Gratia est quod voceris, nō est ex te. Ideo si putas te habere vnde voceris, non vocaberis: donec agnoscas, nihil in te esse, cuius merito voceris. Ne igitur Phariseus putet Deum sibi debere gratiā: ideo gratiam illi negat: queritq; aliū qui agnoscat, nulla ratione gratiam sibi deberi. Acerrimus est gratię suę zelator Deus, negat eam illi qui aliquod ius se in illā habere confidit. ¶ Posterior causa est lapides alios querit Deus, reicitq; lapideos Phariseos: adeo lapideam duriciā sanctitate simulatam abhorret. Deus simplex est, simplicitatē amat, duplices odit. Potius igitur eos deligit qui in malicia simplices sunt, quā qui cum mali sint, sancti videri volunt. ¶ Hic primum nota. Qualis sit peccator ante quā à Deo excusetur. lapis est, & si lapidis inclinatio est ad terrę centrū prouere: intelligis hinc, peccatoris grauitatē ad infernum pendere: nihil aliud obstat, quin ad infernū decidat, nisi quod caro nostra à lapideo corde nostro diuellatur. ¶ Secundō nota idem ferē miraculum esse peccatorē conuertere, ac ex lapide hominē formare. planē vtrūq; potentię Dei est. Potentię infinite est. Sed peccatorē cōuertere maioris misericordię est. ad formadū hominē ex lapide, sola potētia sufficit: sed ad formadū ex impio iustū, & potētia & misericordia requirūtur. Cur igitur hōines adeo facile peccamus. ¶ Tertio nota. quod si (vt sancti dixerūt) Ioānes loquēs de lapidibus, eos designabat qui erant in Iordane, ea designatiōe monstrauit, per aquā baptismi lapides in filios excitari. notanter enim dixit de lapidibus his, non verō de alijs. sed de his quos tingit vnda Iordanis. Est enim aqua baptismalis adeo potēs vt lapides cōuertat in filios, sicut de quibusdā fluminibus legimus, quod ligna vertūt in lapides. Sed hoc potentię naturalis est: illud verō potētię diuinę, conuertentis lapides imo demones, in filios Abrahamę, imo in filios Dei. Subiungit Ioannes,

Iam

Intercessio pro impijs

Roma. 8.

Actorū. 7.

I. Ioānis 2.

1. Regū. 15.

Iere. 7. 11.

1. Petri. 1.

Actorū. 13.

1. Corī. 1.

Ephes. 2.

Roma. 4.

Luce. 18.

Prouer. 3.

Iosue 4.



**Iam securis** *ad radicem arboris posita est.*

Vbi non est leue extricare quæ nam sit hæc securis: & iudicio meo, expendentium verborum Ioannis consequentiâ, nõ aliud videtur securis apud Ioanem, quàm gladius anceps apud Paulum, Idest sermo diuinus: vult ergo Ioannes dicere: hætenus in veteri lege lex diuina non admodum exigebat interioris hominis cultum, requirebat circuncisionem, cibos, potus, variaq; baptismata, & nescio quas alias iustitias carnis. Lex igitur vetus ramos confectabatur, nõ penetrabat hominis intima. At nunc longè diuersa ratio est. iam Christus venit, iam regnũ intra nos est: iam lex diuina ad viuum hominis cor penetrauit. iam exigit radicalem iustitiam. Ad radicem securis constituta est.

¶ Est igitur hõ arbor: voluntas & intellectus sunt arboris radices, sed potissima arboris radix, voluntas est. Ad hanc, securis euãgelij collocatur. Ipsa est anima truncus: exteriora hominis, folia sunt & rami. Sugit anima succũ per voluntatẽ, sugitq; succũ, aut cœli aut terræ. Sed alia hæc ratio est, quàm in arboribus. arbor cõuertit quem succũ haurit, in se: sed hõ conuertitur in succũ quem recipit. Si enim amas terram, in terrã conuerteris: si cœlum, in cœlũ adduceres. Vide igitur hominẽ affectibus è cœlo pendentẽ & videbis arborem auersam, radices sursum, corpus arboris habentẽ deorsum. Psalmus dicit, plãtati in domo domini, in atrijs Dei nostri florebut, videlicet: quia sancti plantationẽ suam, radices suas, & voluntatem suam habent in cœlo, vbi palacium Dei est. Huius verò palacij atrium & vestibulum est nostra ecclesia, in qua flores & fructus reddunt viri pij. Mirũ verò est quàm gaudeat scriptura hominẽ arbori comparare. dicit enim de viro pio, quòd est sicut lignum plantatum secus decursus aquarum, & quòd est sicut oliua fructifera: de impio dicit, vidi impiũ exaltatum & eleuatũ sicut cedros libani, & alia multa. Est igitur homo arbor: & quidem plantauit Deus arbores in paradiso, è quibus ederet hõ, & plantauit hominem, in mundo, ex quo æderet Deus: ederent angeli: ederet & ipse homo. Caneat verò ne & demones edant. ¶ Secũdò arbor expectat è cœlo solẽ & pluuiã: vt fructum reddat: & homo nullatenus dignos fructus reddet nisi luce & gratia cœlesti adiuuetur. ¶ Tertio, arbor fructus fert excelsos, & quos non facile sit contingere. plãtulę enim & herbę, terrę cõmittunt fructus suos. At nobilis arbor cœlum videtur inuitare, vt suos fructus carpat: itã & nobilis anima suos offerat cœlo fructus, nullũ terrę dimittat, thesaurizet sibi in cœlo thesauros, vbi fures de fructibus percipere nequeant. Sed quid huic loco heredo? progredior. ¶ Iam inquit Ioannes, securis ad radicem hominũ posita est, nolite in exteriori iustitia exultare, nolite in Abrahę fiducia gloriari. hæc iustitia ramis tantum inest & corticibus: at nisi abundauerit iustitia

vestra plusquam hæc exterior, non intrabitis in regnum cœlorum. securis verbi diuini & legis diuinę non contenta est folia & ramos discindere, ad radicẽ peruenit, vt vitia radicis amputet: certa, quòd si id fecerit, arborẽ habebit fœlicem. Quid verò interim profuerit, ramos habere putatos, si radix fuerit infirma?

**Omnis** *igitur arbor quæ non fecerit fructum excindatur.* Quem quęso fructum? quẽ nisi eum, quo agricola fruatur? laborantẽ enim agricolam oportet primum de fructibus percipere. Sed num non etiam caro fructus suos profert? profert quidem, sed hi nõ sunt arboris, sed carnis fructus. Caro verò nõ est arbor, sed arboris cortex. Profert quidem caro fructus, sed quibus exiccatur arbor, licet eius folia vireant. Profert quidem fructus, sed qui fructus dici nõ merentur, cum sint potius arboris venena. Illi verò fructus sunt quibus frui liceat: at carnis fructibus frui non licet. Demum illi fructus arboris sunt, ad quos ferendos arbor nata est, & plãtata. Vide nunc: an ad ferendos fructus carnis homo natus sit: an ad ferendos animę fructus? ¶ Cur igitur Ioannes non dixit quem fructũ arbor productura esset? Certè quia cuiq; arbori datur specialis succus, vt speciales proferat fructus, nec enim spinas ficus profert. Ita cuiq; diuisit Deus mensuram spiritus, vt non omnes eundẽ ferat fructum. Cum igitur vides mundũ hominibus plenum, presertim vbi vides ecclesiã hominibus refertã, nihil aliud te videre putato, quàm hortum diuersis arboribus constitũ: cuius emissiones sint paradisi, quod enim arbores bonę emittunt, paradisi est. ¶ Si verò arbor fuerit in fructuosa (dicit Ioannes) excindatur. Cur non dixit cremabitur? certè quia multę arbores etiam combustę, nisi excendantur, non nihil ferunt, certè folia. At cum mala arbor in infernũ deiicitur, priuatur omni potestate volendi, & intelligendi aliquid bonũ. perinde anima illa excisa est, ac si anima nõ esset. nihil enim intelligere aut velle illa anima potest, nisi malum, cum ipsa ad bonum nata fuerit. Sanè quia nec opus, nec ratio, nec consiliũ, nec sapiẽtia est apud inferos quò tu properas. Secũdò dicit Ioannes arborem excidendã, quasi dicat, violẽter & durẽ. Quia omnis malus, & omnis qui cœlũ nõ requirit, cum ex hac vita diuellitur: non volens discedit, sed inuitus, velut qui excinditur. Porro iustus volens, libes, & lubes à vita discedit: vt qui in vita durabat inuitus. Simeõ dicebat: nũc dimittis seruum tuũ Domine: quasi diceret. Hætenus inuitũ detinuisti, nunc iam dimitte. Sanè qui in terra egerat radices, à terra discedere nisi violentẽ non potest. Sed qui in cœlo egit, in terra libens detineri nequit, & id est quod infra docuit Dominus, dicẽs, cum venerit fur, domum impij suffodiet: at pij domũ nõ suffodiet, cum apertam habeat pius Domino suo ianuã, non igitur pius finit perfodi domũ, quia statim ei aperit

Hebre. 4.

Hebre. 9.

Luce. 37.

Psalm. 92.

Psalm. 7.

Psalm. 51.

Psalm. 36.

Genesis. 3.

Math. 6.

Math. 4.

2. Timo. 2.

Galat. 4.

Luce. 6.

Roma. 12.

Cantic. 4.

Eccles. 9.

Luce. 2.

Luce. 13.



ei aperit ianuam. At impius quia ianuam aperi-  
re non vult, aut aperire non nouit, suffodi do-  
mum patitur: igitur pius pacificè à mundo dis-  
cedit: at impius non nisi, multis ictibus deiectus.  
Tertiò, non dicit Ioannes arborè eradicandam,  
sed excindendá. Planè quia vir impius (cū mo-  
ratur) radices relinquit in terra: radix hominis  
est voluntas & affectus. Hæc in terra manent,  
cū vita defūgitur impius hō: licet enim pereat,  
at quia dum viueret: desideria sua in terra collo-  
cauerat, desideria sua in terra manent. Ideò  
enim impij dicuntur obstinati, quia semper opta-  
bunt, quæ optauerat terrena peccata: superbia  
enim eorum ascendet semper. At pius quia quæ  
optauerat erant cœlestia, radices suas non relin-  
quit in terra, non excinditur, sed totus in cœlū  
euolat. Nihil in terra dilectum relinquit, si qui-  
dem nihil in terra cupiuit. ¶ Atqui tolerabile  
videbatur excindi, si non in igne arbor mittere-  
tur excisa. At teste Ioanne, & excinditur & in  
ignem mittitur. Et nota quòd Psaltes dicit, cum  
ex orti fuerint peccatores, sicut fœnum: vt inte-  
reāt in seculum. Igitur impij adeo citò ab igne  
penetrabuntur, vt fœnū: adeò tarde (imo nun-  
quam) consumentur, vt arbor, eum magna &  
virès fuerit. Omnis caro fœnum, & omnis caro  
arbor sine fructu: ardebit igitur facile sicut fœ-  
nū: tardè consumetur vt arbor. Rubus ergo est  
quæ Moses vidit, qui semper ardet, nec absumi-  
tur tamen: ¶ Secundò in igne mittitur, vt ar-  
bor, quæ igne bono & cœlesti calefcere noluit:  
igne malo & infernali comburatur, imo verò ar-  
bor quæ malo igne & carnali arsit: igne vehemē-  
ti licet terreno torqueatur. ¶ Tertiò in ignem  
mittetur, inquit, vbi eam potētiam eamq; facul-  
tatem habebit ab igne euadendi, quàm habet ar-  
bor in rogam coniecta. Vt igitur arbor in igne  
demissa, per se euadere ignis complexū non po-  
test: ita nec misera anima: vbi in infernum descē-  
dit. ¶ Quartò in ignem (inquit) mittetur. Dū  
anima in hoc seculo est, ipsa se in infernum cō-  
ijcit: hac tamen lege, vt si retrahere pedem ab in-  
ferno velit, possit. At in infernum post mortem  
ipsa si posset: non introiret. videt enim quod dū  
viueret: non videbat, loci. s. atrocitatem: inuita  
igitur in ignem mittitur. ¶ Quintò in ignem  
mittetur, Vt enim arbor in rogam deiecta furē-  
tem, nihil habet quòd exurēs flamma nō deuo-  
ret: deuorat enim radices, trūcum, ramos, folia,  
fructus: ita nihil misera anima habet in infernū  
derrusa, quod non à prærapidis flāmis exuratur,  
ipsa. s. anima, suæ potentie, sui actus, quæ cogita-  
uit, quæ dixit, denique omnia. ¶ Sextò in igne  
dicit. Rogas, quæ ignem? illum videlicet paratū  
diabolo & angelis eius. quibus hominis ani-  
ma collata exigua est palea: Quid igitur sentiet  
anima ab eo igne vorata, qui diabolū sufficit  
deuorare? misera palea, quæ eodem igne torre-  
tur, quo magni illi titiones torrendi sunt.  
¶ Septimò in ignem illum dicit, Vt quos ignis tā

ti amoris, quātus Dei amor est: nō calefcit, ig-  
nis tanti doloris exurat: vt quos ignis charitatis  
& amoris, quæ sequebatur caminus eternitatis  
nō excepit: excipiat ignis ille furoris & in dig-  
nationis Dñi. Quis verò ferrè queat ignem, quæ  
furor Dei accendit? dicit enim: Flatus Dñi sicut  
torrēs sulphuris succedēs igne. Si corā Deo quā  
tus, quantus sum, ferè nihil sum, quomodo flā-  
mis sua indignatiōe succensis sufficere poterō?  
Ego baptizo (inquit) vos in aqua, in peni-  
tētiā vos inducēs, penitē-  
tiam vobis suadēs: at qui post me venturus est, for-  
tior me est. Non est aut simpliciter legendum il-  
lud, qui post me venturus est. Cū enim Ioannes  
representaret Eliam illum, de quo Malac. 4. dici-  
tur, quòd sit ante Christum venturus: & cū ipse  
sit Angelus ille de quo Malac. 3. dicitur, qui præ-  
parabit viā ante Dñm: igitur ille Christus post  
me veniēs verus Messias est, verus Deus est:  
¶ Secundò post me inquit veturus, velut sol post  
aurorā, velut vita post preparationes ad vitam.  
ac sidic eret. hætenus lex in aluo suo, sicut ma-  
ter in vterò puerū, formabat hominē prepara-  
bat, & disponebat: post me venit in plenitudine  
temporū, vita ipsa, gratia, & veritas. Post figurā  
igitur veritas: post vmbra lux, post noctē dies  
appropinquauit. ¶ Tertiò post me veturus. E-  
go legem quidē represento, si ille post me ve-  
niet, reiiciet igitur Deū legis statū, & reprobabit.  
Id enim mirabile est, priora abiicit Deus, poste-  
rioribus gaudet. Vide obsecro, abiicit luciferū,  
qui primus fuit omniū angelorū, abiicit Adam  
terrenum, suscepturus Adā cœlestē: abiicit Cai-  
num rescipiēs Abelē & munera eius: abiicit Is-  
maelem, Esau, Rubē primogenitos. & tandē cū  
Dauid multos haberet filios, statuit legē, eum  
futurum regem, qui esset natu postremus. Ita  
igitur si post Ioannē Christus, si Christus natu  
minor, non regnabit Ioānes. Ioannē oportet mi-  
nui, Christū verò crescere. ¶ 4. At qui o Ioānes,  
si internatos mulierū nō surrexit te maior, quor-  
sum erat necesse aliū post te venire? certè, quia  
si ex mulieribus natus non surrexit maior, ex  
Deo natus, te erit maior. erat verò dignum vt  
sicut ante omnia nascebatur filius Dei ex pa-  
tre: ita & post omnia, nasceretur idē filius, ex ma-  
tre: vt idē esset alpha & o. principiū, & finis. Ioā-  
nes igitur extremū perfectionis humanæ. Chri-  
stus consummator & autor creatæ perfectionis, di-  
uinæ & humanæ. ¶ 5. Porrò cū audis, post me  
venturus, intellige neminē post Christū ventu-  
rū. Venit primū, hominū inocētia, inde lapsus,  
post lapsum lex nature, sequuta est lex vetus,  
omniū finis venit Christus, post quæ nemo alius  
in hominū salutē veniet. Veniet saue Antichri-  
stus, sed is erit fur & latro: veniet vt dissipet, ma-  
ctet, & perdat. Putabant quidā post Christū vē-  
turū spiritū sanctū. Sed error est, est enim Chri-  
stus, in quo Patri cōplacitū est, ipsum audite, in-  
quit Pater, si nihil filius habet quod nō placeat  
Patri,

Isaie. 37.

Psal. 73.

Psal. 71.

Isaie. 40.

Exodi. 3.

Galat. 4.

Roma. 13.

Hebrae. 7.

1. Cori. 5.

Genesis. 4.

3. Reg. 1.

Ioanis. 3.

Apocal. 17.

Roma. 10.

Ioanis. 10.

Math. 17.

Patri,



Patri, igitur nunquã reijciat filium Pater. Rursum, si filiũ proposuit orbi Pater, in magistru, nullus iã erit audiendus. Igitur post me veniet, post quẽ nemo veniet. ¶ Sexto demũ post me veniet, qui hominũ opinione, post me tãquam mihi inferior esse videbitur. Post me veniet, quia sanctior videbatur Christo Ioannes. Post me, quia viliorẽ morte morietur. Post me, quia in negotio humilitatis, humilior erat, & humilior videri volebat Christus, quã Ioãnes. Ideo cõmunẽ Christus delegit viuere vitã, vt post Ioãne, i. humilior quã Ioãnes videretur. At is qui post Ioãnem esse videtur hominũ oculis, Ioãne fortior est. ¶ Primò, primũ quidẽ fortior, quia eum figurauerũt oēs viri fortes qui in antiqua lege fuerũt: figurauit eũ David, qui fortissimus robore dicebatur. Samson, qui morte sua mortẽ intulit suis inimicis, Gedeo virorũ fortissimus vt ei angelus asseruit, figurauit tãdẽ Iacob, qui pugnã cum Deo, Deũ ferẽ vicit, licet emarcido femere: is fuit Christus, qui verẽ Deũ, in hominũ profectu, vicit licet in ea victoria Christus mortuus fuerit. ¶ Secundò fortior sane esse debuit Ioãne, is qui erat reseraturus cœlũ, impleturus orbẽ, mudaturus peccatũ, prostraturus diabolũ, spoliaturus infernũ, excitaturus se ipsum e sepulchro: & secũ pios omnes. ¶ Tertiò an nõ debuit esse fortior qui cõtritionẽ in corde, loco omniũ nostrũ, sensit: calicẽ amaritudinis pro nobis ebibit: tormentũ crucis sustinuit. ¶ Quarto an non erat necesse Christũ esse Ioãne fortiorẽ, qui nostras scelera, peccata, & negligẽtias sustineret & propter pœnitentiã dissimularẽt: nisi enim in Christo illa esset charitas quã omnia sustinet, fieri nequiret omnino, vt tot orbis peccata, non ita eũ prouocassent, quin eũ redegisset in nihilũ. ¶ Quintò ita planẽ necesse erat Christũ fortẽ esse, vt sicut Deus pater, quia pater est orbis debuit omnipotẽs esse, ita & Deus Christus, quia pater est futuri seculi debuit fortiss. esse vt verũ sit, quod Paulus dicit. Portã omnia verbo virtutis suę, & purgationẽ peccatorũ faciẽs: quod secundũ tanto maiorẽ arguit in Christo potentiã, quã primũ. quãtò maius est contractũ reparare, quã ex integro fecisse: & quanto maius est, peccatorẽ iustificare, quã mundum condere. ¶ Sextò an nõ tibi videtur fortis Christus, qui cœlũ ad terrã inclinauit, qui terrã cœlo intulit: An nõ fortis qui ita animos suorũ ad se suspẽdit, vt potius vitã proprię, quã gratiẽ Christi, facere iacturã patiantur: An non fortis, qui in infirmitate crucis suę, omnia potuit trahere ad se: An nõ fortis, qui ascendẽs in altũ captiuã duxit captiuitatẽ: An non fortis qui expandit alas suas suosq; supposuit humeros (velut grandiu alarum aquila) & portat oēs Christianos: expãdit inquit alas suas, & assumpsit eũ, atq; portauit in humeris suis. An nõ fortis pastor, qui errãtes oēs nos imposuit in humeros, gaudẽs, quod errantẽ inuenerit: verẽ fortis, qui tot oues portare valet. Imò verissimẽ fortis, qui

totius mundi scelera portauit, verẽ enim lægtores nostros (qui numero carẽt) ipse tulit. & dolores nostros ipse portauit. Dñs enim posuit super eum iniquitates omniũ nostrũ. Hęc vt arbitror causa fuit quod Ioãnes dixit Christũ fortiorẽ, non verò dixit meliorẽ, sanctiorẽ ue. Sed fortiorẽ, videlicet, quia cũ nemo ascendat in cœlũ, nisi filius hominis, qui est in cœlo, nos igitur ac cedere nequimus in cœlũ, nisi portemur à Christo, fortis igitur qui adeo grauẽ sarcinam cœlo inferre valet. Sed age progrediamur. Addit Ioãnes. ¶ Fortior inquit me est, & non sum dignus eius calceamenta portare. Hic me tenet admiratio, cur non dixit, non sum dignus eum adorare, quem adorabunt reges terrẽ. Non sum dignus ei seruire, cui oēs gentes seruiẽt, nõ sum dignus eius lambere puluerẽ, de quo dictũ est, quod inimici eius terrã lingẽt. Cur igitur placuit dicere, cuius non sum dignus calceamẽta portare: & quid tandẽ id verbum significat. ¶ Primũ quidẽ id Ioannes verẽ dixit, cum enim sanctorum sudaria & semicinctia adeo veneremur, vt vix ea cõtingere audeamus: quãto verius Christi calceos venerabitur orbis, qui carnẽ Christi tãgere soliti fuerant: an non est dignius Christi calceos adorare, quã alicuius viri sancti capillos. ¶ Sed age penetremus hoc. Cum David dicit in Idumẽã extendã calceamentum meum: sensus est, in Idumẽã extendã dominium, ius & imperiũ, quo Idumẽos subigã, ac si calceatus super ipsos ambulare. Igitur cum Ioãnes dicit, non sum dignus calceamẽtum Christi portare sensus est, non sum dignus illud habere ius & imperium, quod Christus habebit in orbe, quo oēs subiugabit fideles. Quid nõ modo nõ est dignus Ioãnes portare, imo nec intelligere põt humanum ingenium, quã verẽ sibi subdet Christus mundum, terrestria inferna & cœlestia: in nõie enim Iesu oẽ genu flectetur, vt calceis suis videatur Christus super oēs ambulare. ¶ Alter sensus est. Cum De⁹ parabat educere Israelẽ de Ægypto, instituit agnum paschalẽ manducari ab his qui calceati essent, & baculos in manibus haberent, Cuius rei significatio erat, vt hi soli ederẽt agnum, qui calceati essent. i. ad iter parati, & velut accincti. igitur calceatio, preparatio ad iter est. Iam ergo sentit, Non sum dignus eã preparatiõnẽ intelligere, quã animus Christi habuit, ad negocium redẽptionis peragendũ. baptismo inquit habeo baptizari, & quomodo coarctor, donec fiat. Quali dicat paratus sum, calceat⁹ sum, õnis mihi mora molesta est. Quia sponsus procedẽs de thalamo, exultat ad currendam viam suam. At sponsi calceamenta in pedibus habẽt, maximẽ cum de thalamis exeunt. ¶ Mysterium tertium est. Cum Moses videt rubum ardere, ac cedere volẽs, iubetur excalceari. quia terra, inquit, vbi stas sancta est, ac si dicat, pri⁹ te ipsum purga, prius te sanctifica, quã hanc terrã cõtingas: igitur ex calciare, est purgare. Porrò qui alterius calceos portare vult, eum excalciare debet.

Isaie 53.  
Isaie 53.  
Ioan. 3.  
Psalm. 72.  
Eodem Psalm. 72.  
Psalm. 59.  
Philp. 2.  
Exod. 12.  
Luce. 12.  
Psalm. 18.  
Exod. 3.

fortior 55.  
1. Reg. 16.  
Iudic. 16.  
Iudic. 4.  
Gen. 22.  
Ephes. 2.  
D. Thom. 3. part. 946  
Math. 26.  
Isaie. 53.  
Sapient. 11.  
1 Corin. 13.  
Isaie. 63.  
Isaie. 9.  
Hebrae. 1.  
Actor. 20.  
Ioan. 12.  
Ephes. 4.  
Doutc. 32.  
Luc. 35.  
1. Petre. 3



bet. Dicit igitur Ioannes, non sum dignus exalciare, aut purgare Christum. Nec enim ego sanctificator sum, vt quidpiam possim sanctificare, ipse Christus sanctificator est: à quo ego & sanctificari & exalciari debeo. ¶ **Mysterium** quartum est: per calceos peccata significantur: propter peccatum enim corijs vestitus est Adam, & ita propter peccatū calceatus est. Christus verò peccata tulit, non sua, sed nostra. Calceamenta habuit, non propria, sed aliena: hęc peccata Ioannes portare dignus non est: imo nemo hominū portare sufficit. Solus enim Christus portare & satisfacere pro peccatis nostris dignus est, quia Deus & homo est. ¶ **Mysterium** quintum est. Calceamenta sunt extremum hominis ornamētum: at extremum Christi ornamētum fuit passio sua & mors. has passiones & mortē ferre Ioannes nō est dignus. Si enim Christi mors adeo fuit gloriosa, vt per eā meruerit nomē, super oē nomē: manifestū est, Ioanē nō fuisse tāta gloria dignū. Quare nec fuit dignus passiones Christi portare. gloriarī in cruce Christianis datum est, partē crucis post Christum portare etiam licet. Sed crucem totam portare solus ille fuit dignus, qui tulit. & rursus, Christus moritur innocēs: quia nunquam peccauit. hac morte mori Ioannes non fuit dignus, cū peccatū originale, cui mors debetur, cōmiserit. Igitur calceamenta illa tam pura, tam sancta portare Ioannes non meretur. ¶ **Mysterium** vltimū est. Calceamēta sunt, quibus terram calcamus, & terrē heremus. Illa igitur conuersatio, quā Christus terrena tangebatur, edēs, bibēs, dormiēs, timens, pauēs, calceamenta Christi dici debent. Hęc verò conuersationē licet humanā, ita Christus moderabatur, vt cum decebat, qui Deus erat: plus igitur sanctitatis habebat Christi māducatio potus & somnus, quā cuncta quę Ioannes gerebat. meritō igitur tantam sanctitatē Ioannes portare dignus non est. Subiungit Ioannes.

**Ipse vos** baptizabit spiritu sancto & igne. Vbi primum nota, cum baptizat minister Christi, Christus ipse baptizat quare cum absoluit, cum vngit & alia sacramenta exhibet sacerdos, ne eum precor attendas, attēde illum, qui per ministrum ea opera facit. Ipse igitur baptizat, sed quos? ipse vos (inquit) vt si miraris quod Christus Petro lauerit pedes, multo mire re magis, quod omnium hominum carnē lauat in baptismo: & quod maius est, peccata lauat in sacramento. Et quo fœdiores sunt animę quā corporis sordes, eo grandius est opus, quo lauatur animę, quā carnis imundicię. ¶ Sed redeamus ad Ioannē. Inquit, **ipse vos baptizabit spiritu sancto & igne.** Quod non solum intelligas fieri in solo baptismo. Sed intellige fieri, per totam hominis vitam: sanē per Moysen oēs Iudęi baptizati sunt in nube & in mari. Quia omnes Iudęi in nubē intrarunt, angelus enim qui in nube eos precedebat, per eos regressus est, vt eos sequeretur. Itaq; nubes quę sequebatur Angelū, totos

repleuit Iudęos, & ita in nubē ingressi sunt. Vt igitur per modicum tempus intrarunt Iudęi in nubem: ita & Christiani intrāt in Spūm sanctū, 1. Cor. 12. per totū tempus quo sancti sunt. Et sicut pisces toto vitę tempore natāt per mare, in mari submersi: ita & viri fideles, toto vitę suę tempore velut natāt in spiritu, spiritu habitāte in eis, nec solum habitāte, sed etiam obumbrāte, operiēte, & replente. Sūmersi sunt igitur pij in spiritu. hoc igitur est, baptizabit vos in spiritu. faciet vt tota vita vestra spūalis sit, faciet vt opera vestra spūalia sint: vt spūm ametis, diligatis, & velut nihil aliud tractetis quā spiritum. ¶ Et eādē ratiōe intellige, id quod addit, baptizabit vos in igne, videlicet in amore & dilectione. Quia si fidelium (eorum qui puritati intendūt) vitam spectes, nihil aliud videbis quā amoris flammās, ignemq; vehementem, & quia nihil dignius quā in spiritu ambulare (& non secundum carnē) nihilq; dulcius quā ambulare in dilectione, ideo Dominus vtrūq; cōiunxit. baptizabit vos in spiritu: qui sicut est ipse amor, & ignis: ita faciet vos in spiritu & dilectione ambulare. Quod igitur Apostolus inquit. Siue comeditis siue bibitis, siue quodcūq; aliud facitis, omnia in nomine Iesu Christi facite, id est, ambulare in igne & spiritu. Sicut enim qui terrena quęrun, & hęc sola curant, sūmersi dicuntur & sepulti in terra: ita qui spiritualia requirunt, in dilectiq; languent amore, hi baptizati & immersi dicuntur in spiritu & igne. ¶ Et hinc fit, vt qui reuera pij sunt, hi spirituales sint. Ita vocātur à Paulo, vos inquit qui spirituales estis. Rem profecto mirabilem. Quia membrū Christi es, Christianus diceris, quia Christū moribus refers, velut quidam Christus es. At id non fuit fat Christo, sed ita nos in spiritū imergit, ita nos à spiritu penetrari voluit, ita à spiritu imbibit, vt spirituales diceremur, quasi quidā spūs, quasi qui caro esse desierimus, & in Deū translati simus. ¶ Si igitur Christiani baptizātur, & ambulant in spiritu, ferueant igitur, procul sit omnis segnicies, nihil spiritui flanti magis aduersū quā torpor. Et rursus si baptizantur in igne, procul ab eis omnis frigiditas, nihil enim magis igni inimicum, quā tepor & frigus. Verē ita est, quod Deus facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flāmas: videlicet, quia Angeli nihil habent segniciei, sed sicut ventus, ita facile cuncta munia peragunt: rursus nihil habēt teporis q̄ sicut ignis ardēt. Hęc angelorū cōditio nē transfudit in nos Christus, baptizans in spū, & igne: faciēs nos vt angeli essemus, sicut spiritus, & sicut ignis. Vbi igitur audebit cōparere frigidus Christianus & torpēs? ¶ Itē si Christiani baptizātur spū, procul sit ab eis ois puluis, si baptizātur in igne procul paleę. Enīvero, puluere vētus proijcit à facie terrę. paleas ignis redigit in cinerē. p̄ paleas vanitatē superbię: p̄ puluere peccata terrena intellige, quę exigit Pharaō. Nisi p̄ paleas velis accipere peccata venialia sicut accipit

Genes. 3.

Psal. 21.

Philip. 2.

Galat. 6.

Math. 16.

Roma 5.

1. Cor. 3.

Ioanis. 13.

1. Cor. 10.

1. Cor. 12.

1. Cor. 6.

Ephes. 5.

1. Cor. 10.

Cant. 2. 5.

Galat. 6.

Roma 12.

Psal. 103.

Psal. 1.

Exod. 5.

1. Cor. 3.

pit



pit Paulus, & p pulucre grauē, peccatū mortale. Porro quod dicit, baptizabit vos in spū & igni Christianā modestiā intellige. siquidē ignis ardet, feruet, est velut impatiēs, furitque. at vētus ferē tepescit & infrigidat. vt intelligas, amorē in pectore Christiano furentē: sed spū sc̄to temperatū & moderatū. Filij. n. Dei spū aguntur & reguntur. Quis nō videat heremitarū q̄ in Ægypto, Scythia & Palestina vixerūt, vehementem amorē? At quis etiā non videat quā moderabatur eos spūs Dñi? Iam si spiritu agimur, si spūs nos replet, & gubernat, pcul igitur sit nostra voluntas vt mandet: si sit, sit vt obediat. aliōqui, si voluntas nos nostra gubernat: resistet igitur flatus spūs: ibit contra spūm. quā verò maior iniuria quā tanto gubernatori contra niti, quasi ipse malē gubernet? Et cum tanta sit dignitas hoc spiritu vestiri, repleti, & gubernari. cumq; sit tāta dulcedo, hoc amore exuri & ardere, quanta erit miseria ab hoc spū deficere, hunc ignē extinguere? Certē si spūs Christi habitat in nobis, q̄ excitauit Christū a mortuis, excitabit & mortalia corpora nostra, ppter inhabitantē spiritum suū in nobis: nec. n. Deus patietur, illud corpus perpetuū iacere defunctū, in quo ipse spūs. (qui ipsa vita est,) habitauit. & contra, omni modā mors penetrabit corpus & animam illam, in qua is qui est omnimoda vita non habitauit.

**Cuius** *ventilabrum in manu suā.* Hic Christi maiestas maxima reuelatur. Sanē qd̄ ille dederit spūm nobis suū, suūq; ignē amorem: magis muneris sui est, quā meriti nostri: at quod operemur hoc spū, & hoc igne, hīc iam diligentia nostra requiritur. Porro qd̄ Christus eos habeat oculos, quibus apertē omnia, omniū opera vbiq; locorū videat, mirari potius possum quā capere. Id verò est ventilabrū in manu habere, omnia opera dispicere, omniū operū bonitatē & malitiā expendere: cuiusuis operi meritū aut p̄nā taxare. Idq; nō vnus hominis solum, sed omniū q̄ habitant in mūdo. quis nō stupeat tā lucētes cōsiderans oculos? Quōd verò ventilabrū habeat, quo grana & paleas sursum subleuet, ventoq; exponat: intelligo Christi potestātē, potentē homines sursum attollere. Vbi intelligo, neminē esse adeō deiectū hominē, quem Christ⁹ aliquādo nō attollat in aliquā fœlicitatē. hoc. n. est grana paleasq; sursum ducere. Porro si sursum Christus te attulit, certō scias, eō te in locum altū sublatū, vt vento esses expositus, ventusque te exagitaret. Caret igitur, locus humilis ventorū (.i. tribulationū) exagitatione. non potest verò locus excelsus vento carere doloris. Sunt ergo tria Christi officia: primū, posse homines attollere. Secūdū quod reuera aliquādo attollit, nec. n. p̄petuo patitur quēq; (dū viuit) in miseria iacere. Tertiū: at si subleuat, ideo subleuat vt tenteris. Interim tu in fœlicitatē actus, & tribulatione cōcussus, vide granū sis: caue sis palea. Sanē grana ad pedes ventilantis suo pon-

dere cadunt, paleas aliorum ventus dispellit. Si igitur in tribulatione, ad Christi pedes cadis, ei⁹ voluntati penitus subiectus, granū es. Si verò te à Christo tribulatio semouit, palea es. Si pondus habes veritatis in te, granū es. Si vanitatē cōcepisti, palea es. Euentilabat Christū tribulatio dū erat in horto, p̄cidit in faciē suā dicēs. Pater non mea sed tua voluntas fiat. An nō apertē vides granum ad pedes euētilantis p̄iectū? Igitur cū te tribulatio ad Dei voluntatem recto deiecit tramite, granū es. At, o miseriā, si nō ad Dei voluntatem p̄cidis, palea es. Vbi grauissimē nota: Si qui in sua tribulatione, non rectā ad Dei pedes descendunt, paleę sunt igni inextinguibili cōburendę, quid erit de his, qui nulla tribulatione acti mala cōmittunt? Et quo igne cōburentur, q̄ ex propria voluptate vitiiis se tradiderūt. Secūdo nota: Est hęc misera vita: vbi nulla fœlicitas pura est: nulla est, quę nō ventis dolorū agitetur, & excutiat. quā verē ergo dictum est. omnia fecit in pondere, numero & mensura, vt nūquam mensura sit fœlicitatis, sine taxatione doloris.

### Tunc venit Iesus.

**E**A mihi prior consideratio succurrit, quid est quod tam exactē Mathęus recēssit, Dñm ē Galilea venisse, & in Iordanē, & ad Ioannē: an nō fat erat dicere, venit ad Ioannē, aut venit vt baptizaretur? Ad hoc qd̄ fortasse curiosū videri potest (nec tñ est, cū nihil, nec iota, superfluat in. s. scriptura) id dicēdū mihi videtur, qd̄ meritisimē Mathęus dixit dñm ē Galilea venisse. Galilea reuolutionē & rotationem significat. Cū igitur audis Maiestātē Dei, Deū ipsū venisse, ac si peccator esset ad Ioannem: vt ab eo baptizetur, an non intelligis totū mundū reuolui, totā mundi machinā rotari? Ioānes & quiuis hominū debuerant ad Deū venire, vt ab eo baptizaretur: quia verò hō ad Deū nō venit susceptus baptismū ab eo: venit Deus ad hominē baptizandus ab homine. o mundi reuolutionē lō leges rationis, lege sprudētię reuolutas: quis hęc audiuit? Deus venit vt peccator, baptizandus ab homine? Abyssus bonitatis & gratię petere videtur remissionē culpę, ab homine, q̄ abyssus est miserię? Planē rotatur mundus: & quę superius esse debuerant, rotantur inferius, ita quidē. Placuerat Deo, hominem q̄ in rotē infino cardine iacebat, in locū summum euehere. At, vt rotē ima subleues, necesse est eiisdē rotę summa deprimere. Nec. n. ascendunt infima rotę, nisi eius summa descendant. Vt ergo ascendat hō ad Deū, Deus descendit ad hominē. hoc significat verbū reuolutiōis: maximē cū Iordanis significet descēsum, significatū ergo est, sūma rotata esse, & i locū humilē descēdisse, vt ima in summū locū cōscenderēt. Secūdo per verbū rotationis & reuolutionis significatū est, qd̄ lex deuoluebatur ad gratiam, in quā lex descēdit, & ibi defecit, quō ad literā: licet quō ad spūm, ex gratia ascēderit p̄fectior.



& meliorē antea fuerat. ¶ Tertiò significatū est, quòd Christus q̄ eatenus vixerat vt priuatus hō, rotabatur in descensum & humilitatē baptismi, vt inde ascenderet. i. declararetur totius orbis seruator. ¶ Secūda cōsideratio pulsat animū, quē causa mouerit Christum: vt baptizaretur à Ioanne. Expende obsecro cuncta: Christus veniens Deus est, fons sanctitatis & gratiē. Venit ad Ioannem qui hō est indigēs gratia. certē gratiam dare nō potens, siquidē gratiā & gloriā dat Dñs. Venit verò Christus ad Ioannē, vt baptizetur. ac si diceret: Profitetur se Christus peccatorē, p̄fitetur se optate remissionē criminum, venitq; ad Ioannē, vt eius Ioānes crimina lauet. Quid sibi vult negotiū hoc? Sctūs & sanctitatis fons petit mūdari, ab eo q̄ mūdare nequit? Quis intelligat miraculū istud? ¶ Quòd si hoc vix intelligi potest, age mecū altius penetra. Sanē tria fuerunt aut quatuor opera summē humilitatis quē Christus in hac vita peregit. Primū fuit circuncisio, quā se peccato originis obnoxiiū, sicut reliqui pueri, ostendere visus est. Alterū fuit hic baptismus, quo se vt ceteri peccatores, mundari vult. Tertiū fuit cum lauit discipulorum pedes. Quartū cū fuit crucifix⁹. Inter hęc 4. opa. primo aspectu summū humilitatis gradū videtur obtinere, qd̄ pedes piscatorū Deus maiestatis lauerit. at, quāto maius est mūdare peccata, quā mūdari: tanto est humili⁹, ostendere se mūdari à peccatis, q̄ peccata mūdare. humilius ergo est à Ioāne requirere mūdiciā, quā discipulis eam elargiri. Rursum, quāto vilius est peccato actuali inquinari, q̄ originali: tāto videri potest humili⁹ à Ioāne peccatorū baptismū querere, quā effusionem sanguinis in circūcisione sufferre. O igitur summā animi humilitatē, o verissimū sui despectum: videri vult peccator oculis hominū! videri vult immundus in tot hominū theatro, in hominū tam frequētissima turba. ¶ Cū igitur requiris, quid mouerit Christum vt baptizaretur? Certē, vt amicus humilitatis & deiectionis, quod operabat in animo, videret in opere. Sanē mercator vbi lucri lucet spes, currit, accurrit, nihil relinquit, quò nō p̄peret: ita & Christus vbi humilitatē assequi potuit, accurrit, p̄perauit, vt hanc sibi sponsam copularet. Hęc prior difficultatis explicatio. ¶ Altera est: Certē cæremonia fuit, quòd Ioānes baptizaret. neque. n. ille baptismus ex se gratiā dabat. Vt igitur Christus notaret sacras cæremonias nō esse à populo reiiciēdas, eas ipse primus suscepit. ¶ Tertia causa fuit: Meruit hęc Christi summa deiectio, (qua Ioanni in remissionē peccatorū, ille se subdit, q̄ peccato carebat,) vt Deus obligaretur, & adstringeretur dare gratiā p̄ ministros noui testamēti, etiam si mali sint, etiā si Satanicis sint: Si n. autor gratiæ, & fons & principiū gratiē, petit gratiā remissionis, ab homine, q̄ de se gratia caret: iustū fuit vt Deus necessario assisteret ministris noui testamēti, dando p̄ eos gratiā, (etiā si eā ipsi careant) his

qui gratiā petierint, si caruerint: & dādo augmentum gratiē, his q̄ petunt, si eā habuerint. ¶ Quarta causa est, & huic tertiæ cōsequens. Dei maiestas, petit remissionem & emūdationē à Ioāne, vt totū genus hominū in summa iacens miseria, se remissionē habiturū cōfidat, si à Christo eam verē requirat. Si. n. nos q̄ sumus mali, nouimus bona data filiis nostris dare, quāto magis Pater dabit bona, petentibus? Si Ioānes nō negat mūdationem petēti, quāto minus Pater negabit? ¶ Quintò: Attende obsecro qd̄ Christus venit è Galilea in Iordanē, ad Ioannē. Ioānes significat gratiā. Indicatur ergo nihil esse relinquendum homini, qd̄ nō aggrediatur: nihil nō tētandū, vt gratiā assequatur. Christus nudauit se, in aquam misit se, hyemis frigori subdidit se, Ioāni tanto inferiori subiecit se. nihil igitur nō faciendū, vt Ioāni. i. gratiē subdamur: etiā si vestes pdamus, etiā si frigora patiamur, etiā si honorē amittam⁹. ¶ Sexto: Obsecro te lector, ne Christū vt priuatū hominē cōtemplere, sed in Christo omne genus hominū (vt in copore mēbra,) intellige. Iam qd̄ celebrius spectaculū esse potuit, quā Deū & hominē Christū, totūq; genus hominū, supplices à Ioāne Dei vicē gerente, emūdationē postulare? Planē postulat Christus & homines in Christo, quia neq; Deus ex se postulare gratiam poterat neq; hō ex se eam impetrare. ideo Deus postulat in homine, vt possit postulare: & hō postulat in Deo, vt possit impetrare. non erat Deitatis aliquo egere: non erat humanitatis gratiā promereri. iungitur ergo Deitas cū humanitate, vt & petat & promereatur. Quòd verò à Ioāne i. à gratia, gratia requiritur mundationis, indicatur qd̄ null⁹ Christianus gratiā nisi à gratia accipiat: id est, nullus gratiā recipiat, nisi gratis. iuxta illud Isaie. emite absq; argēto & vlla cōmutatione. & Pauli: Si gratia nō ex operibus. ¶ Septimò: Solet dici, & ita D. Augustino doctore susceptimus. qd̄ Ioānes testamētū vetus representat. Iā certū est, qd̄ plerisq; hominibus nō infidelib⁹ modo, sed etiā fidelibus, Christ⁹ & quē Christus gessit in corpore, videntur vilia, sordida, & immunda: vt cū audiunt Christū conspui, flagellari, mori, sepeliri tum etiā edere, bibere, dormire, irasci, pauere & timere. Cū igitur Christus nosset se vilem hominib⁹ videri posse, recurrit ad Ioānē. i. ad testamētum vetus, à quo lauetur: vt orbi mūdus appareat: & ita factū est. Cum. n. lex vetus p̄dixerit cūcta quē Christus in corpore fecit, vilia & imūda videri nō possunt, quē tāto antea de Christo erāt p̄nunciata. Venit igitur Christus ad Ioānē. i. ad legē veterē. Scrutamini inquit scripturas, quia illę testimonium perhibent de me. id est, illę lauant, illustant, tolluntque sordes, quas vos mihi obicitis. & quidem lex vetus pro reuerentia quā Christo suo cōsumatori debet, Christo (ab ea testimonium petenti,) respondet: Ego à te debeo baptizari, illustrari, & perfici: at Dominus, sine modo, ita decet

Psalm. 83.

Ioan. 13.

Luce. 17.

Isaie. 55.

Roman. 4.

Ioan. 5.



deceat nos implere omnem iustitiā. Sanè iustitia erat credere Christo, tanta signa facienti: nec enim aut sic loquutus est homo, aut sic operatus est homo. iustitia erat ergo credere ei q̄ prophe-  
 ta tātusurrexit. At omnis iustitia impletur, omnisque iustitia præcipit, vt credamus ei, q̄ tot miracula fecit, & de quo vetus scriptura prædixit. Si n. miraculis Iudæi non credunt, an non contra omnē iustitiā insurgunt, qui tam apertis scripturis cōtradiciunt? Sine igitur inquit Dñs, vt Sapiētia iustificetur à filiis suis. sine vt homines intelligant me omnē iustitiā ab eis exigere, cum fidē in me, ab eis exigo. ¶ Quòd verò textus dicit: quòd baptizatus Christus confestim ascendit de aqua, denotat misteriu. quod. s. cum quis cōtulerit, & velut merferit opa Christi in legē veterē, scrutatur an Christus sit ille pmissus Messias, profectō inueniet opera Christi nō lege inferiora, nec minora iis quę in lege, de eo scripta erant: imo inueniet ipsa lege longe maiora. ascēdētē ergo Christū inueniet, nō deiectū. ¶ Iā qd̄ dicit, cōfestim ascēdit, idicat: nō magno negotio, neq; magna mora Christum verum Messiam inueniri, ab eo q̄ Christū cū lege cōtulerit: modo cæcus non sit, aut esse velit. ¶ Viiij. Si Ioāne non solū capias p̄ lege, Sed vt ipsos cecos Iudæos respētet, aliud miraculū inuenies. Petiit Christus à Iudaismo, (p̄ Ioānem figurato) baptis-  
 mū. is baptismus in aq̄, baptismū significauit in sanguine. Sicut & mergi in aqua, sepulturam significauit. Docet. n. Paulus, per baptismū, mortem & sepulturam significari. Cum igitur venit Christus ad Ioānem vt baptizetur, intellige eū venisse in Iudæam: vt ab ea occidatur. & quidem si Synagoga quęssisset à Domino. quorsum veniret? Responderet, vado crucifigi pro te. Tunc equum erat vt tota Iudæa responderet Christo. minimè domine, deceat te, propter Iudæā mori, qui potius deceat nos mori pro te. Satius. n. est vt nos tui causa baptizemur à te in sanguine nostro: q̄ vt tu, nostri amore, baptizeris à nobis in sanguine tuo. At Dñs: Sine modo, ita deceat nos implere omnē iustitiā. ita deceat. vt ego, & homines in me, soluamus omne debitū quod pro peccatis hominū Patri debetur. ita deceat vt in me, & in hominibus q̄ mēbra mea sunt, seruetur omnis iustitię rigor, & exigatur à me vsq; ad nouissimū quadrantē: & iustitię diuinę fiat plenissima satisfactio. Baptizauit ergo Iudæa in sanguine Christū. Sed cōfestim exiuit de aqua. quia tertia die surrexit à mortuis. iuxta qd̄ impossibile erat, teneri illū à morte & inferno, vt Petr⁹ inquit. ¶ Nonò: Si Ioānes nō solū representet Iudæos, sed oēs viros, maximè pios, surget alius sēsus. licet nō admodū à prædicto alienus. Cū venit ad Ioāne Christus, intellige venire Christū ad homines. cū verò petit à Ioanne baptismū in aqua, intellige, qd̄ petit p̄ hominū amore, mergi in angustias & tribulationes. Solēne. n. est in scripturis, aquā p̄ tribulatione recipere. Petiti-  
 g

tur Christus ab hominibus, & pro hominibus tribulationes. Respōdēt pij: Nos p̄ te deceat tribulari, & in angustiarū tempestatē demergi, cur tu venis idem passurus p̄ nobis? At Dñs: Sinite modo dū in hac mortali vita cōsisto, vt p̄ vobis patiar, nullatenus passurus post mortē. Permittite vt patiar, & vos mecū patimini, ita. n. deceat nos omnē iustitiā implere. Licet. n. iustitia sit viro pio cælū tribuere: at omnis iustitia est, viro pio p̄ pietate patiēti, & in tribulationum aquas demerso, cælōs aperire. Patiētia. n. opus p̄fectū habet, & ideo omnē iustitiā habet. tritū n. illud Pauli est, Heredes erimus Dei, & cohēredes Christi, si tamē cōpatimur, vt cōregnemus. vt videatur Paul⁹ sentire iustitiā regni, in patia cōsistere. Sinunt viri pij vt Christus baptizetur in tribulationibus: at ille confestim ascendit de aqua dolorū. quia oīs tribulatio momentanea est: iuxta Paulū, quod momētaneū & leue est tribulationis nostrę. &c. Confestim etiā ascendit vir pius de aqua. quia aquę non possunt extinguere charitatē. ¶ Decimò: Sicut Christus à Ioāne hērto, & in deserto, baptizari petiit: ita à peccatore hērto, & deserto Christus petit baptizari. petit ab eo lachrymas, quibus libentius Christus mergitur, quā in aquis Iordanis, si eas solas spectes. Porrò peccator respōdet: Dñe cur petis à me lachrymas meas, quin potius sat mihi sint lachrymę tuę? At contra: ait Dominus. Sine modo, tu permittite: vt ego dolorē & lachrymas tuas accipiā: ita. n. deceat nos implere omnē iustitiā. Si. n. solus ego sine te, te saluarē & cōuerterē: non viderer iustus, q̄ penitus indispositum iustificē. at cum me operante & dante tuis lachrymis fauorem, tu me illis pfundis dū iustifico impiū, iustus appareo. ¶ Vndecimò: Sicut à Ioāne petit Dominus baptismū, ita petit à quouis homine pio: cum ab eo eleemosinas & opera pia exigit: quibus libenter mergitur Christus, quibus refrigeratur & gaudet. Petit igitur in paupere Christus à diuite pio aquā qua baptizetur, & lauetur à sordibus paupertatis. Tunc pius vir, Domine inquit da tu mihi, tu me baptiza. tu nosti quā his quę habeo egeā, da tu aquas quas petis at cōtra Dominus. sine modo, da etiā ex eo quod tibi videtur necessariū. Sic. n. deceat implere omnē iustitiā: iustitia est dare ex abūdanti. omnis porrò iustitia & bonitas est: dare ex illo quo egemus. sicut vetula illa, quam Euangelinm laudat, suo exemplo monstrauit. Veniens igitur Christus ad Ioāne, & ab eo aquam requirens, indicauit se, nra aqua indigere, vt suū ignē nobis elargiatur. ¶ Duodecimò: hęc p̄sopopeiā accipe lector. Ioānes est gratia. Christ⁹ omniū hominū p̄sonā gerit. Christus igitur in persona hominū ad gratiā venit. rogans eam, vt homines in gratiæ fontes mergat. Tunc gratia Christo respondet: quid à me poscis gratiā, cū tu sis fons gratię? Imò verò tu imple alueos meos: vt abundantius ad homines fluā. At Dñs: sine modo, quando peccatores

Roma. 4.

Izobi. 1.

Roma. 8.

2. Cor. 4.

Cantic. 8.

Roma. 3.

Luce. 28.

Luce. 28.



tores represento, & eorum vices gero, ita decet me implere omnē iustitiam: omnis enim iustitia est, vt Christo pro peccatoribus gratiam petēti, & peccatorum nomine mundationē imploranti gratia tribuatur: non sibi, sed peccatoribus pro quibus rogat. non est iustitia vt peccatori gratia tribuatur. Sed oīs iustitia est vt Christo causā peccatoris agenti, grā nō denegetur. Hactenus.

### Baptizatus

*autem: Iesus confestim ascendit de aqua.* Planē dū est ī aqua Chri-

stus non videt cœlos apertos, nō recipit Spūm, non audit vocē Patris. An nō igitur ascendet ex aqua festinus & properans: vt tam pulchrū spectaculum videat, cœlos scilicet apertos, columbam venientē, tamq; dulcē vocē audiat: Tu es filius meus dilectus? Quo significatur, quam debeant festinare viri pij, qui Sacramentis vtuntur in hac vita, vt ascendant, vt exeant ē vita. vt cupiant dissolui & esse cum Christo: vt tam ineffabiles diuitias quales sunt in cœlis, oculis contemplantur. nunc enim non videmus, sed ambulamus in fide, solo auditu illa sublimia credentes. ¶ Secūdo significat illa festina Christi ex aqua ascēso, quā festinē debuit Christus rapere cœlos, columbā & vocē paternā. dictū erat de Christo, voca nomē eius festina, spolia detrahere, cito predari. quod Propheta p̄dixit, Dominus suo properanti ascensu significauit. breuis fuit planē mora qua inter homines conuersatus est. breuis fuit mora, qua in aquis huius vitæ iacuit demersus. sed cū ascendit ē vita, sine mora aperti sunt ei cœli, vt cœlorū heredi. columbā vidit pacis annūciatricē. iam. n. Christus nō moritur, iam non patitur, iā illi aquę diluuij cessarūt. cessarunt. n. oēs dolores & tribulationes Christi. ¶ Tertiō illa festina ascēsiōne denotatū est, qđ qđ ē baptismo festin⁹ discesserit ex vita, cōfestim vīdeat cœlos, nulla mora est. Baptismus oīa peccata diluit, si baptizatus rursus nō peccat, statim vt moritur euolabit in cœlū. ¶ Quarto: Si intelligas p̄ apertionē cœlorū, ius ad cœlū, vt sancti intellexerunt, tunc multa erunt tibi notanda. Primum: is qui (cū baptizatur) manet in suo peccato mortali, is sanē nō ascēdit de aqua versus cœlum, sed ruit sub aqua versus infernū. non ergo illi aperiuntur cœli, siquidē nō ascēdit de aqua. Secūdū: Si verō ascēdis de aqua, & oras: vt Christus fecit, non potest (ex lege sua) Deus non tibi cœlos referare. non continet se spūs quin ad orantē veniat. & quod summē notādū est. Si tu humilias te, & profiteris te peccatorē, ascēdisq; ā peccato, securus esto, Deus exaltabit te. & sicut tu coram omnibus curas te deprimere: ita Deus corā omnib⁹ curabit te exaltare, & aperta voce intonabit, tu es filius meus. Tertium: dicit scriptura aperti sunt cœli. Igitur aperti durabūt, donec veniat sponsus media nocte, i. in die Iudicij, & claudatur ianua. Vbi intellige, qđ eo modo aperti nunc sunt cœli, sicut tunc claudētur. Tunc claudentur, quia iam non est locus merē-

di: ita & nūc aperti manent, quia quantumlibet peccator sis, quāuis tempore multo in peccato duraueris, adhuc tamen cœli aperti sunt. tibi ianua patet. tātū ascende de aqua. Quartū: Christo orante cœli aperti sunt, vt quę in cœlo sunt, oīa fluāt ad nos: & quę apud nos, in cœlū conscendant. Dixit Paulus: Benedictus Deus qui benedixit nos omni benedictione spūali in cœlestibus. Igitur omnis benedictio spūalis & celestis in nos descendit. Rursus inquit ad Corinthios: diuites facti estis in illo, ita vt nullū donum vobis desit. Si nullū donū deest, igitur benedictiones cœlestes omnes, velut impetu in nos defluerunt. Vtinam sicut illa ad nos sponte decurrūt: ita & nostra illō properent.

**Viditq;** *spiritū descendētem.* Dominus noster vidit spiritum, qui super se descēdebat: Vt impleretur scriptura dicens: Spūs Dñi super me, eo quod vnixerit me, ad euāgelizandū pauperibus misit me. &c. Et quidē si in Adā veterem inspirauit Deus spiraculum vitę, vt esset in animā viuētē: multo p̄cellētius Pater eternus inspirat hoc loco in filiū spūm suū, vt sit in spiritū viuificantē. non quōd in suo Dominus baptismo, nouo quopiā spiritu plenus fuerit: eo enim ab instanti suę incarnationis plenissimus erat: sed quod ita testari voluerit Deus omnibus hominibus, Christum plenu esse colūbino spū. ¶ Sed quoniā vt dicebā, Christus personā hominum gerit, per aduentū spūs sancti in Christum, intelligitur, quod ex eo tempore quo Christus baptizatus est, Spiritus sanctus nunquā venire ad homines cessat, maxime si baptizati sint, eoq; maximē si ex aqua per iustitiā ascēderint. Certē excusari nemo potest, si sanctus non est: si quidem spūs sanctus nunquā cessat ad ostium hominis pulsare, eum sanctificare cupiens, & eoruo in columbā vertere. ¶ Neque vero habet peccator quod spūm sanctū in se venientē p̄ueat, aut exhorreat: non. n. venit vt leo furens, sed vt mitē & placidū efficiat. ¶ Rursus, si Spūs sanctus venit vt colūba, at colūba non venit ad hominē, nisi cū est homini familiaris, domestica & amica. venit igitur Spūs sanctus ad nos vt familiaris, vt domesticus, vt amicus. ō rem inauditam: Deus se homini familiarē p̄stat, vt familiaris est colūba quę ad hominis manū appropriat. Credo certissimē hoc voluisse Dominū p̄ colūbē in se aduentū indicare, quod Spūs sctūs olim antiquis hominibus erat velut ferus, velut intractabilis: at per Christū, idē factus sit hominibus cicuratus & amicus. adeō vt sicut inter domesticas opes habēt homines suas colūbas: ita nuncij ipsi hoīes, inter domesticas sibi diuitias Spūm sctū habere se putent. ō vere diuitem, qđ Deo diues est. ¶ Et quidē colūba fecundissima est: nō sibi tamē, sed suo dño parit: ita & Spūs. S. in nobis fecundissim⁹ est, quia fecūdos nos reddit: eā tñ fecūditatē, nō in suā sed in n̄rā vult scōdere

Ephes. 1.

1. Corin. 12.

Isaie. 61.

Genes. 1.

Ioanis. 1.

Apocal. 1.

Philip. 1.

1. Corin. 13.

Isaie. 8.

Rom. 6.

Genes. 8.

Concil.

Trident.

Math. 25.



cedere comoditate. ¶ Ex quib⁹ habes Chriani hois mores, colubini sunt, mittes atq; foecundi Demū auditur sup Christo, paterna vox dicēs.

**Hic est** *filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui.*

Sanè quia nullus Deo placuit nisi in Christo. Dictum est de Abraham in semine tuo benedicentur omnes tribus terre. hoc semē Christus est, vt Paulus docet. & ideo, vt idem Paulus dicit: Benedictus Deus qui bñdixit nos omni benedictione in cœlestibus in Christo. ne mo enim benedicatur nisi in Christo. ¶ At cōsideratio dignissima est, cur Christū placere Patri, Pater tunc solū testatur, cum baptizatus est. An non ante baptismum placebat? Equidem placebat, sed iam te admonui, non hęc Christi, sed nostri gratiā descripta. Intellige igitur virum in lege solum naturali viuentem, si benefecerit, diligī à Deo. quia omne bonū diligit Deus. & dictum est: Nihil odisti, eorum quę fecisti. At si vir ille in naturalibus bonus, gratiā non habeat, nō placet Deo quantum spectat ad cœlestia regna: qui enim non habet charitatem, nihil est. Iam vt gratiam ille assequatur, non sat est: vt bonus secundum naturam sit: non enim gratia est ex merito, aliōquin gratia non esset gratia. Siquidem gratiam Deus dat, non ex meritis: sed ex vocāte. Qui vult igitur gratiam, hac via assequi poterit, scilicet si se peccatorem doleat, & ad Deum gratię fontem recurat, eam ab illo per Sacramēta gratis recepturus. Quia igitur Dñs omnium nostrum loco professus est se in nobis peccatorem, (non se, sed nos in se) & ad baptismū, qui Sacramenti vicem gerebat accessit, ideo gratiā non sibi, sed nobis assequutus est. & ideo, non solum filius dilectus, sed in quo complacuit Patri à Patre asseritur: quia non solum secundum naturam bonus, sed etiam secundum gratiam gratiosus. Planè dignū non est, vt placeat sibi Deus nisi in Deo. quod enim Deo minus est, minus dignum etiam est, vt Deo tanto placere possit. vt igitur homines Deo placere possent, dii per gratiam facti sunt. Sed gratia non datur, nisi sua scelera fatenti. Ille enim beatus est, cui remissę sunt iniquitates. &c. Ille beatus est, cui Deus accepto fert iustitiā sine operibus. vt Paulus habet: Habes igitur causam, cur Christus gerēs nostri personam, non asseritur placere Deo, nisi post baptismum. & peccatorum non suorū, sed nostrorum professionē. ¶ Sed ore verè miraculosam. Christus vbi nos oēs sumus, dicitur filius dilect⁹ & placēs. Liceat o mihi æterne rerū autor, liceat tecū colloqui. Cur affirmas Christū tibi placere? An non vides nos illi cōiu nctos, nos illius esse mēbra? Quod si vides: tu posuisti in eo iniquitates omniū nostrū. Quomodo igitur placet is tibi, in quo sunt scelera nostra? Verè Christus languorēs nostros tulit. quomodo tibi placebit tot languoribus oneratus? Verè Christo lepra hęc nostra. cur tam leprosus, tantopere placet? Nūquid adheret tibi sedes iniquitatis, dicit Psal-

mus: Num ergo Christus, in quo omnes nostrę iniquitates sedem habuerunt, placere & adherere potuit tuę tantę puritati? Sed equidem tantus est in filiū Patris amor, vt hūc amoris abyssum, iniquitatum nostrarum abyssus inuocare, non siccare possit. Fluit in filium amor, quasi fluminis impetus, hūc impetum nostrorū peccatorū riuuli transuersum agere non possunt. Est tātus odor filij, vt odor agri pleni: vt iniquitates nostrę nares Dei non perturbent: est tanta filij claritas, vt tenebras nostras facillè dispellat. Quod si omniū nostrū iniquitates robur non habent, vt Dei placitum à Christo auertere queant, ego peccator cur timeo, si in Christo reperior? Si omniū hominū scelera, nō auertunt oculos Dei à Christo suo, quomodo meę iniquitates oculos Dei auertent? Certus sum, qđ si in Christo reperior, & Christo vnior, non mihi meę quarū pœnitent nocebunt iniquitates. ¶ Sed te obsecro animum mihi aduerte. vt nunc dicebam, nō dicitur Christus placuisse Patri, nisi baptizatus. vt videri possit, Christus ante baptismū velut displicuisse. Planè Christus in se Patri placuit semper: at scriptura nō dicit eū placuisse (vt nostri personam gerit, nisi post baptismū. Quia in illo baptismo, sua summa humilitate promeruit, vt baptizatis in Christo, omnis culpa remitteretur & pœna. ac ideo verè in eis Patri placeret. Merito igitur post humilitatem baptismi Christi, Christus. i. nos in Christo Patri verè placemus. Quā complacentiam testatus est illa suauissima voce: in quo mihi cōplacui. Quod si non penetras, memento quod Iudei infideles. (iuxta Paulum,) licet in se Deo displiceant, at propter Patres suos diliguntur à Deo. (inimici, inquit, propter vos, dilecti ppter Patres) ita & nos in nobis sumus peccatores & inimici, & ideo odio habiti: At in Christo & ppter Christū, adeo diligimur, vt Pī dicat: Hic ē fili⁹ me⁹ in quo mihi cōplacui. **Residua** mihi hoc loco est dubitatio. Cur tempore passionis Christi, cœli nō aperiuntur, sed ferè obscurantur, & claudantur, cur columba tunc nō venit, nec vox Patris auditur? Et quidem ianue cœli non patuerunt in baptismo, sed in passione. nam nec Baptista cœlum intrauit, nisi post Christi passionem. Cur ergo tunc cœli referantur, cum reuera non referantur? cur nos dicimur in eo dilecti, si quidē ex integro non sumus dilecti (quātū ad pœne solutionē) nisi iā Christo defuncto: p cuius mortē soluta sunt oīa debita nostra, solutā est pretiū iniquitatum nostrarum: ac ideo & cœlū tūc patuit, nō ante. & quidem in cruce cœlos apertos verbū Dñi ad latronem testatur. dicētis: Hodie mecū eris in paradiso. quia videlicet hodie paradisi ianue patuerunt. Cur igitur Sol & luna obscuratur & tegūt cœlos, dū patitur Christus, cū reuera tunc cœlū aperiretur. at in baptismo, cū cœli nō aperiatur, aperi visuntur? Respōsio quæ animo meo quadrat, est desūpta ex illo verbo. Aperti

Gene 23.  
Galat 3.  
Ephel. 1.

Sapient. 12.

1. Cor. 13.

Roma. 4.

Roman. 9.

Psal. 31.

Roman. 3.

1. Cor. 6. 1

Isaie. 53.

Isaie. 53.

Psal. 93.

Psal. 41.

Gene. 27.

Roma. 12.

Luce. 23.

Luce. 23.

B

Aperti



## CAPVT. IIII.

## Tūc ductus est Iesus in desertū.



## CONSIDERATIO

hæc mihi prior occurrit, cur Dominus in desertū cōtendat: an indignus est ciuium cōuersatione, cui vix cœlum est pro dignitate? An timet sibi ne in ciuitate lubricum carnis patiat, qui sanctitatis fons est? An bestialis homo est, qui bestiarum familiaritatē expetit, cū sit ipse Deus? Ad hoc prima responsio est: Quod q̄ baptizat⁹ est, & sp̄m accepit grandiorē, cuius spiritui, spiritus ille grandior testimonium reddit, quod filius Dei sit: is nihil mirum si in desertum, mundū exhorrens, contendat. Imò maxime mirum si in mundo permaneat. tantę maiestatis est illa diuina vocatio, illa spiritus sancti infusio tam vehemens, vt hominem fere nō sibi permittat: sed velut attonitum reddat: & vt illo gustu, (quem accepit,) fruatur, locum quietū, non impeditum, sed vacante cupiat & requirat: atque ideo desertum cōtendat. verē enim dictū est: qui dabit mihi pennas sicut columbę, volabo, & quiescam. credit tunc anima se nouo quodam fœtu fœcundā, coniectat se à Deo vocari, nullum tempus ideo putat sibi vacuū. vt diuinę gratię vocanti respondeat. ¶ Secūda responsio est: Docuit Dominus hoc loco id quod vix hominibus erat antea notum videlicet quid sit seculo renunciare, desertum colere, nō tam corporis quā animę. Sicut igitur in deserto est omnium rerum carētia, quę ad vsum humanum necessarię sunt, quantū videlicet ad corpus. ita & multo abundantius, Christus qui spiritus, & veritatis magister erat, desertū corporale requirens, desertum spirituale colebat vbi nulli rei corporali affectus, soli Dei vnicę hęrebat. itaque nihil in Christi anima erat, nisi Deus. O vere vnicā philosophiam. O verē thesaurum absconditum. Si ita Deū exquiris, vt ex toto mūdo nihil penitus ames, nihil cupias nisi Deū, ea est solitudo animi. Si discessisti penitus ab honoris, diuitiarū & deliciarum amore, vt nihil mundi tuū tangat affectum, id verē desertum est paucis notum de nomine, multo paucioribus de re. hoc desertum antiqui nominabant, sui negationem, seculi renunciationem, à mundo peregrinationē. Iam si Dauid desertum hoc agnoscebat dicens, quid mihi est in cœlo, & à te quid volui sup̄ terram? & rursus, renuit consolari anima mea. & item, vnam petij à Domino hanc requiram. & demū, fuerūt mihi lachrymę meę panes dū dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tu⁹. Si hæc Dauid dicebat (quę sunt verba animi in deserto spūali habitantis.) quāto potius credis Christū omni rei terrenę renūciauisse, & in signum deserti spiritualis, desertam

Roma. 8.

Psal. 54.

Math. 23.

Psal. 72.

Psal. 78.

Psal. 26.

Psal. 42.

*Aperiti sunt ei cœli.* Vbi indicatur, quod quantū fuit ex merito Christi, tūc cœli patuerunt tantum enim fuit meritum illud, tanta humilitas, vt vix Pater cohibuerit se, quin aperiret cœlos, Christo se sub aquas imergenti. Vix Pater cohibuit se, quin regnum vitę aperiret ei, qui viuum se sub aqua sepeliebat. Igitur ex Christi merito, tunc cœli aperti sunt. Sed quia placuit Christo impendere se, & super impendere, placuit inquam Christo non solum implere omnē iustitiam corā Deo, sed etiam corā hominibus: vt homines per crucem viderent sua scelera redempta, ideo cœli non tunc reuera aperti sunt, licet aperta mōstrarentur. At in die crucis cœli non monstrantur aperti: quia dies illa fuit irę, dies vltionis domini, quā vindictam sumpsit de peccatis nostris in filio suo. Ita n. Isai. 63. dies vltionis, annus redemptionis dicitur. Vltio enim iustitię Dei contra nostra peccata in Christo annum eterne redemptionis adduxit.

¶ Quod si perstas & vrges, cur baptizato aperuntur cœli, q̄ claudi vidētur morietis? Ego tibi ex eodem textu respondeo. Dicit textus: *Ecce aperti sunt ei cœli.* At cum Dominus moritur, dicit, hodie mecū eris in paradiso. Igitur cū baptizatur alius ei cœlos aperire dicitur. Nec n. ibi ipse dicitur aperire: sed quod aperti sunt ei cœli: at cum moritur, ipse aperit non sibi, cui iam erant aperti, sed omnibus etiam latronibus: dicit enim, hodie mecū eris. Erat ergo tanta illius passionis celsitudo, vt equū non esset, quod manu Pris cœli referari dicerētur: sed qd̄ ille met homo qui patiebatur, ille met sua manu cœlum aperiret, Cœlum polliceretur cui vellet. & quidem si latroni pollicetur & prestat, quanto magis promissum sibi confident, qui per vitam, cōtenderunt Deo in veritate seruire?

¶ Adde & aliud, responde mihi te precor, quod nam prestantius cœlum credis esse, num Christi corpus, an cœlum hoc quod stellis insignitum conspicimus? Planē respondebis Christi corpus. Si igitur cœlum adeo nobile rumpitur & aperitur in Christi passione, ne perconteris, neque requiras alterius cœli apertionem. Vbi enim maiora aperiuntur non fuit necesse aperiri minora. ¶ Porro vt intelligas Christi carne rupta, cœlos etiam esse diuisos: audi Paulum ad Hebręos. 10. Vbi tria velamina Deum te gentia mutuo confert. Velamen primum est cœlū quod tegit gloriam Dei. secundum est velum templi, quod arcam & sancta sanctorum tegebat. Tertium est caro Christi, eius deitatem contegens. Iam sicut in passione carne rupta est, ita & velum templi scisum, & proinde multo magis cœli aperti sunt. Illi gloria qui per carnē suam, introitum nobis dedit in cœlum.

Hodie mecum



desertū corporale quęssisse? Tertia respōsio est. Desertum cōtendit, quia sciebat futuros multos Christianos, qui deserta essent habitaturi. voluit illis esse exemplo: in ieiunio, in rigore, in tentatione, in Angelorum ministerio. ostendens eum qui desertum colit, si Angelorum obsequiis non perfruatur, vix desertum in veritate coluisse. Etenim, qui animo deserta excolit, vt homines deseruit, & humana: ita Angelis fruitur & Deo. Quarta respōsio est: Mandabatur olim, vt Pontifex hyrcū acciperet, superque eum peccata populi imponeret. Peccatisq; hyrcum onustum, in desertū abigeret. Certē Christus est, super quē Dominus posuit iniquitates omnium nostrum. & ideo, vt personam nostri gerentem, Spiritus sanctus in desertū expulit, vt Marcus ait. Iustitia enim diuina velut irata contra Christum, eum in desertum relegauit: vt tibi peccatorum nostrorum ageret pēnitentiam. Is igitur quem cœlum nō meretur recipere, (adeo est purus in se) in desertum expellitur, vt terra indignus, non merito suo, sed nostro. Quām igitur humilis animo, quā deiectus & contritus, actus in desertum Christus est?

Quinta respōsio: Collocatur Lucifer cum Deo in cœlo, & ibi peccauit. Collocatur Adam cum Heua in paradiso, & ibi etiam peccauit. Si igitur per societatem, per delicias, per fœlicitatē non cognouit mundus Deum: placuit Deo, per stultitiam deserti, per familiaritatē cum bestiis, viā ostendere qua salui fierent credētes. Prauū sanē est cor nostrū, quod cum delicias habet & diuitias, illis afficitur, illis cor apponit. Fruiturque illis, quę ad vtendum sibi erant à Deo concessa: quodque datum fuerat in hospitium, accipitur vt domus, & via pro habitatione. Placuit igitur diuinę sapientię, desertum ad salutem homini proponere, docens neminē nisi per desertum, id est, sui, & seculi abnegationem esse seruandū. Qui. n. vult venire post me, abneget se: veluti rex volēs à rusticis, videri: aufert à palacio suo tapetia, & omnes diuitias, ne rustici, si hęc viderint, hęc vidisse contenti, regem videre contēnerent. Sexta respōsio est: Docuit Dominus desertum requirens, quòd tantum sit bonum eternitas, & gloria cœlestis, vt digna sit, p qua conquirenda, totum mundum relinquant. Vt ergo pictores cum egregiam sunt imaginem depicturi, in campū à turba semotum secedunt, quique grauissimum negocium tractat, solitudines petit, vbi commodius de negotio meditentur: ne aliorum negotiorum turba, à sua cura deturbetur: ita docuit Dominus, pro cœlo conquirendo, debere nos in agrum exire ad meditando cū Isaac, & ad exigendā à nobis ipsis rationem, si sunt nobis facultates ad tantum negocium inceptandū. Qui igitur cœlum vult, sedebit solitarius & tacens, expendens si edificium quod inceptat, p̄ficere queat. Septima respōsio est: Voluit Dominus in deserto esse, vt respōderet

figurę: Filij Israël fuerunt in deserto, & inde vocantur ad hereditatem terrę promissę. Ita dicit Psalmus: Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastę solitudinis. Circunduxit eū, & docuit, & custodiuit. vt pupillā oculi. &c. Ita & voluit Deus Pater inuenire nos (in filio suo) in terra deserta, in loco horroris & vastę solitudinis. Cuius causam si penetrare contendas, hęc videtur esse. Sanē omnia Dei effecta sibi inuicē in proportione respondent. Cum igitur creauit Deus res mūdi, ante creationē mūdus erat nihil, desertū, inane, & vacuū: ex illo deserto, & nihilo vocantur res ad hoc pulcherrimū esse quod habent. Hac proportione factū etiam est, vt Israël esset in deserto, & in nihilo rerum omnium, vbi deficiebantur aqua, pane, & reliquis vitę rebus. Vbi abundabat mors, deerat vita. Ea igitur proportione fideles qui eramus in Christo, in eodē Christo, ad desertū adducimur: vbi nihil est vitę, vbi multum est tētationū, multū dēmonis: & ideo mortis multum. vt correspondēter postea ex huius mūdi deserto ad cœlestē patriā vocemur. Res hęc est cōsideratione dignissima. Non vult Deus opes suas effundere, nisi in vacuos, desertos, & qui ferē sint in morte, à vita alieni. Sed quid contendo causas afferre, cur ductus Dñs sit in desertum (cum expressē dicat Euāgelista, *Ductus est, Iesus vt tentaretur à diabolo.*)

Iam secunda se prodit consideratio, & ea quidem grauissima. Si Spiritus est qui ducit: & Christus, qui ducitur: & diabolus ad quem ducitur non nisi res summa est hinc expectanda, siquidē summus est in bonitate spūs: summus in mansuetudine Christus: sūmus in iniquitate diabolus. Quid sibi vult res hęc adeo mira? Ego quidem sub aliorum cęsura ita censeo. Christū à diabolo, non ita fuisse tentatum vt cōmunis solet hominum opinio cęsere. Sed traditum fuisse Christum potestati tenebrarum: quodque permissus fuit diabolus in Christum sequi. Itaq; sicut tempore passionis Christus fuit traditus potestati Iudeorū, imo verius dēmonum: qui per Iudeos & gētiles, sequissimam crudelitatem (id est demoniacam, & infernalem) in Christum exercuerunt: (nec enim illa sequitia, nisi ex inferno prodire poterat, siquidē in terra non erat eatenus inuenta) ita & tempore tentationis huius, concessus est Christus diabolo: vt tentaretur. Nam & Iob fuerat diabolo ante concessus. Illa igitur sacra redemptoris humanitas tentationi à Patre permittitur. vt sicut in passiōe doloris aquę intrarūt vsq; ad anam eius: ita in tentatione omnia dēmonis machinamenta penetrarēt ad totū quod penetrare poterāt. Quo circa, non mihi videtur sanę fidei repugnare, quod in hac tentatione Christus cepit pauere, & tedere, & tristitiā grandem habere. Alioqui, nisi tentatus fuisset per omnia: vt Paulus ait: sine peccato, quomodo exemplum fuisset, his qui cum mœrore & pauore tentantur?

Iam

Geniti. 10.

Isaic. 53.

Marci. 1.

Math. 17.

Isaic. 14.

Genes. 3.

1. Cori. 1.

Iere. 17.

Psal. 61.

Luce. 9.

Genes. 24.

Luce. 14.  
Trenor. 3.

Deute. 32.

Genes. 21.

Numer. 21.

Math. 4.

Luce. 22.

Iob. 1.

Psal. 68.

Psal. 23.



Iam mihi persuasum est, ea omnia quę Christo acciderunt, ferē fuisse summa, quę illi contingere poterant. Fuit igitur hec tentatio summa. At non poterat esse talis, si leuicula fuisset. & fortē id significauit Marcus, cum dicit: Expulit eū spiritus. Ac si diceret eum ad tentandum diabolo permisi. & demum, quod diabolus assumpsit Christum in templi pinam, huic attestatur sententię. Sed hoc infra exponetur. ¶ Adicio præterea & aliud, quod Christus tentatus est per oēs quadraginta dies. Id quod expressē videtur ex Marco colligi, dicente. Erat quadraginta diebus & quadraginta noctibus in deserto, & tentabatur à satana. cui textui, nisi violenter, respōderi non potest. Adde qđ hec sentētia nō displicuit Remigio, Bedę, Thomę, & Caietano. Ex quibus habetur, quod sicut Antonius Abbas passus est innumeras à demonibus afflictiones, visiones, & terriculamēta: ita & Christus passus est. lege diuum Thomam 3. parte quęstione 41. articulo 3. ad secundum: & ibi Caietanum. Huic sententię adstipulatur quod Lucas dicit: Expleta omni tentatione, recessit diabolus. At nō erat omnis tentatio illa triplex, quę post quadraginta dies euenit. Dulcius ergo intelligi potest, qđ nulla non arte & machinamentis, illis quadraginta diebus, diabolus in Christū sequitur. Cui sententię iterū Paulus suffragatur cum dicit. Christum tentatum per omnia, per similitudinem absque peccato. Si tentatus est per omnia, nullū igitur tentationis genus nō est exptus ab hoste, sine peccato tamen. Demū qui omnibus tentatis futurus erat exemplum, auxilium, & meritum, omnes ferē tentationes experiri debuit. Quid igitur absurdi erit, si dicatur, quod sicut caro Christi timore mortis expauit, & mœsta fuit, & tristis erat illi anima vsque ad mortem: ita & visionibus demonū, (quas naturaliter quilibet horret) mœstus erat, & affligebatur. Quis enim circa se infernum videre non recuset? Verē igitur dicere poterat. Circundederunt me canes mluti, & salua à cornibus vnicornium animam meam. Ex his intelligere licet causam, cur spiritus adduxit Iesum, vt tētaretur: Causa verō est, vt Christus inciperet pati à demone eā sequitiā, quam in passione à demonis mēbris passus est. vt scilicet videret se manibus demonum assumi, rapi, & quo illi vellent abduci. Videlicet, vt cum fidelis se ita viderit à demone tractari, nō despondeat animū, credens omnia iam periisse. Non perierunt, sed fœliciter succedent. Lege vitas Patrum, & intelliges nōnullos sanctorum demonibus permisos, ita vt quidam ruerent precipites à demonibus acti: quidam caderent in puteos, & cēt.

¶ Dices cur diabolus desuper tantam potestatem in Christū accepit, cur pmissus est tam acriter tentare? Ad hoc prior respōsio est: Sanē Deus disponit omnia suauiter, nulli faciens iniuriam aut violentiam: suumque cuique ius seruat illi-

batum. Sicut ergo Sanctus Iob perenti diabolo pmittitur: Deo nolente ius tentandi diabolo denegare, ne diabolus de Deo quereretur, quod sine causa seruos habet, quos sibi eripit: ita & ego arbitror, diabolū, qđ nō cognoscebat Christum esse Deum, à Deo expetiisse, vt sibi liceret arma contra Christum sumere, aliōqui vim sibi à Deo factam iactaret, sibi Christum à suis telis eripiente. ¶ Altera causa est: quam Dominus indicat apud Ioannem dicens, venit ad me princeps mundi huius, & in me non habet quicquā. Venit sanē cum omnibus artibus suis, ad Christum Lucifer cum asseclis suis, venit vt tentaret, & tentare permissus est, sed nihil in eo reperit suum, quicquid reperit diuinum fuit. Vt ergo nosset demon esse in terra hominē, in quē nullum ipse ius haberet, ideo tentari Christus permissus est. ¶ Tertia causa fuit. Vt tentationes demonis hebetarentur in Christo: vt furie & artes diaboli, quibus velut telis igneis in nos sequitur, suum rigore & acumē in Petra, que est Christus remitterent. Sanē sicut in crucis sanguine, flamme ille gladius, quo custodiebatur paradysus, extinguitur: ita & visiones demonum, eiusque machinamēta, in Christi tentatione flaccescunt. Quis posset furētem impetum diaboli sufferre, nisi eum prius Christus in se confregisset? Igitur tentatio Christi promeruit, quod verē, & confidenter Paulus asseruit. Quod scilicet Deus non permittet nos tentari supra id quod possumus: Videlicet id Christi in tentatione patientia promerente. ¶ Quarta causa fuit: vt iam intelligeret demon esse potestatem in terra, contra quam tota inferni machina nihil posset, vt qđ iactabat se posse cōturbare terrā, cōcutere regna, & orbē in desertum ponere, iam sicut vnus ex hominibus victus & vulneratus sit. Tum vt intelligeret homo, se in homine Christo, omnes vires diaboli posse confringere, & omnes eius artes superare. Vt iam audenter & verē dicat Paulus: Neque Ageli, neque principatus, neq; vlla creatura poterit nos separare à charitate Dei. & alibi: omnia possum in eo qui me confortat, & demum, in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. At vnde Paulo confidentia tanta? Sanē quia homo per Christum vincere diabolū potest: & si nolit, ab eo vinci non potest.

¶ Quinta causa est: Tentatur Petr⁹, initio sui Pōtificatus, cum scilicet Christo succedebat in sede. Tentatur quidem, & a voce puellę tremis & perit. Cur tentatur Petrus? certē vt tener sit, & blandus ad oues quę perierunt, cum ipse perierit. Tentatur & Christus initio sui Sacerdotij, cum videlicet à Patre Summus pontifex declaratur. Cur tentatur, & cur acerrime tentatur? Certē vt misericors fieret, & fidelis Pontifex. Nec enim blandisunt ad miseros, qui misericordiam non fuerunt. Ergo pontificis, curati, & confessoris prima virtus est misericordia, quam vt experimento sciat Christus, tentatur.

Iob. 1.

Ioan. 14.

Ephes. 6.  
1. Cor. 10.

Genes. 3.

1. Cor. 10.

Isa. 14.

Roma. 8.

Philip. 4.  
Roma. 8.

Luce. 22.

Math. 3.

Hebrz. 4.

Hebrz. 5.



# Tres alias causas exhibuit nobis Paulus ad Hebr. 5. cum dixit. Ex his quæ passus est didiscit obedientiam, & consumatus, factus est omnibus sibi obtemperatibus, causa salutis æternæ. Priorem causam explicat verbum illud, didiscit obedientiam. Sanè erat docturus homines vt essent in tentatione constantes, neq; ab obedientia Dei discederēt, neq; diaboli obedientiæ subderētur. Qui igitur huius obedientiæ erat futurus magister, prius experimento, id discat in se. Alteram causam explicat verbum illud, & consumatus: Planè non consumatur per tētationē Christus vt Deus, nec vt homo. Sed apparet nobis consumatus, victor & triumphator: vt quiuis confidēter accedere possit ad thronum gratiæ ipsius. Vltimam causam exponit verbū, factus est omnibus causa salutis æternæ. Sicut enim baptism⁹ Christi fuit causa quòd nobis cœli aperirentur: quòd in nos Spiritus sancti columba descendat: quodq; voce Patris filij Dei designemur: ita & Christi tentatio & victoria, causa fuit, quòd tentati vincamus. Vt enim in Adā tētato & victo, omnes tentati, & victi sumus: ita in Christo tentato & victore, omnes tentati possunt esse victores. Sed vnam aut alterā causam ne graueris lector audire. ¶ Tentatur Abraham, cum fidelium Pater cōstituitur, & tētatio fuit, si propter Deū vitam filij vnici contēneret. Et quia cōtempnit, dictum illi est, quia fecisti rem hanc multiplicabo semen tuum super arenam, semen tuum possidebit portas inimicorum suorum, & in semine tuo benedicētur omnes tribus terre. Multo igitur maiore merito debuit tentari Christus vt esset Pater futuri seculi. Et tentatio esse debuit talis: vt propter obedientiā Dei, potius se fame cōficeret, quàm panes produceret: & ministeria angelorum contemneret potius, quàm se è pina præcipitaret: & demum omnia regna, & omnem creaturam despiceret, antequam diabolū adoraret. cōtempnit Christus in primo propriā vitam. in secundo, angelos. in tertio omnia despexit: vides quā rectè benedictio Patris descendet in filium: rectè ergo benedicētur in Christo, omnes gentes. & qui ministeria angelorū despexit, recepit, vt eius semen possideret portas inferni. Et qui omnia regna & regnorū gloriam contempnit, dono accipit, vt multiplicatum habeat semen super arenam maris: & neq; id modo, sed quod tale semē pro sui Christi adoratiōe, omnia mūdi regna, & eorum gloriam negligat. Demum merito tentationis Christi, factum est vt sacerdotes Christi, (qui eius semen sunt speciale) possideant reuera portas inimicorum. ab soluentes peccata, quæ verè sunt portæ inferorū.

Et cum ieiunasset <sup>quadraginta diebus & quadraginta noctibus.</sup>

Hic tertia occurrit consideratio, cur vitam spiritualem Christus à ieiunio auspiciatur? Planum hinc mihi contra nouatores sumitur argumentum. hi reijciunt ab ecclesia omnia ieiunia, om-

nemq; rigore. At verò spiritus sancti instinctus est ad ieiunium. Christus enim à spiritu agitur ad ieiunandum. Sanè cum spiritus concupiscat aduersus carnē, nihil antiquius habet spiritus, quàm statim carnē domare, nullo verò id cōmodius & facilius modo, quàm per ieiuniū. ¶ Secūdo Christus ieiunauit. Certè quia ei⁹ animus & voluntas erat vitā degere multo quàm Ioānes, feruentiorē: vt pote qui tātō quam Ioānes sanctior erat. Et ita ego asseuerare contenderim cibum potumq; Christo (ante eius baptismum) arctissimum fuisse. Indicarunt hoc quadraginta dies ieiunij sui: nec enim ita ieiunasset, qui lautius antea vixisset. Igitur institutū & animi feruor in Christo, erat ieiunare. At quia tam angustum ieiuniū non conueniebat prædicatori, qui publicanos & peccatores ad se adducebat: iccirco ab animi sui instituto discessit, & rigorem temperauit. Igitur animi impetus rigori manus victas dabat, sed necessitas à rigore subtrahebat. ¶ Tertio Dominus ieiunās in deserto, edēs verò & bibēs in ciuitate, docuit: quàm aliena debeat esse vita Christiana ab omni fraude, fūco, & hypocrisis: hypocrisis, vbi videtur ieiunare. Cum verò testis abest ieiunio, abest & ieiuniū: at nō ita qui ex animo pius est, is claudit cubiculum suū, cum opus bonum facit: cum verò edit aut bibit, id operatur in aperto. ¶ Quarto intelligat Pōtifex qui Christi gerit vices, quàm modico debeat esse contentus. Si enim desertū & ieiunium sunt pontificia suppellex, hęc non caro constiterint pretio. ¶ Quinto ieiunauit tempore tanto, vt indicaret carnem suam leges naturę posse superare. Licet enim anima Christi Deum videret, eius tamen gloria non redūdabat in carnem: ac ideo eius caro, naturę legibus subiacebat. At cū Moses videt Deum, ita eum illa visio abstrahēbat, vt tunc naturalibus necessitatibus non subderetur. Ac ideo si quadraginta dies perstat ieiunus, nihil mirū erat. Rursum si Elias quadraginta diebus sustinet inediam, plus sanè gratiæ Deo, quàm Elie debetur? Si. n. datus est illi cibus qui eum per id tēpus aleret, & in cuius fortitudine ambularet: non fuit adeò multum nō edere, qui edere non egebat, vt pote cibo illo satur. At Christus vitā agēs sicut nos: nullo interea hausto cibo robusto, ieiunus perseuerat. indicat igitur iam in terris carnē esse, quę naturā cœlestem sapiat: datur ergo signum qualis futura erit nostra caro in cœlo, quę talis esse cepit in terra. Et rursum monstratur, non fore impossibile si viri (maximè qui in deserto vitam agūt cœlestem) multis diebus non comedāt, dulcedine contemplationis allecti. ¶ Sexto ieiunat docens: ante tribulationes, cū imminēt, esse ieiunandum. Si quidem ipse ante oēs tentationes, tam graui armatur ieiunio. cuius causam si requiritis hæc est. Dñs morē hunc habet, alleuandi oēs elisos, & pauperū non obliuisci: cū igitur tu per ieiuniū allidis, & depauperas te, adcurrit Deus subleuat,

Galatas .5.

Hebre .5.

Math .3.

Genes .22.

Isaie .9.

Math .6.

3. Reg. 19.

Psal 144.



uat, & ditat te.

Porro dices. Cur verò tot diebus ieiunat? Primum, quia tunc dedit Dominus Christianę religioni principiu. At religionis primus feruor solet esse vehementissimus, vt postea habeat vnde flaccescere possit. Alioqui quòd tepidè incipit, facilè gelatur, & in nihilum vertitur. ¶ Secundò voluit Dñs, quòd sui sectatores, nihil perfectionis, quam in alijs inuenissent, in suo institutore desiderare possent, noluit igitur eam laudè negligere: quā Elias & Moses habuerunt. Ne Iudei aut alterius sectę homines, aliquid grande suorum fundatorū facinus iactarent: quod in Christo christiani non inuenirent. ¶ Tertiò. Si vita nostra designatur numero quadragenario, ieiunās Dñs quadraginta diebus, visus est ieiunasse vitę nostrę tempore. Vt videlicet, quo nos tempore manducamus, ipse ieiunaret. Imitatus est Dominus exemplum Iob, qui, quo tempore sui filij conuiujs, & voluptatibus vacabāt, ipse Deo sacrificabat. ne forte, inquires benedixerint Deo in corde suo, Adeo periculosa res est gula, vt Deo benedicere psuadeat. Vt igitur Iob pro edētibus filijs sacrificiū Deo offert: ita & Christus pro edētibus christianis, se ipsum per ieiunium Patri suo offert. ne forte peccatū gulę in despectum nos Dei adduxerit. ¶ Et demū quarto. Si 40. significant dies vitę nrę, quibus à terra promissionibus peregrinamur, apertè Christus. 40 diebus ieiunās significauit, ieiunādum nobis esse per totam vitam. & reuera nescio an religio vlla in orbe sit, quę adeo familiare sibi habeat ieiunium, ac christiana. id tibi persuadebis, si religiones monachorum spectes. imo si viros spirituales aspicias. Quid si ieiunium spirituale dispicere libuerit? Quid aliud est vita spiritualis: quā ieiunare, non solum à malis, sed etiam à bonis: non solū à terrenis consolationibus, sed etiam sepe à cœlestibus. Sicut gloriatur Paulus in tribulatione, & vehementer aliam gloriationem exhorret, quā crucis.

Postea <sup>esurit.</sup> Quarta consideratio est, cur Christus post. 40. dies esuriit: verè n. caro quę per. 40. dies non esuriit, post illos esurire non debuisse videtur. At illa prior ratio est: vt doceret, nulli carni, quantūuis mortificate, & exhaustę, esse fidendum. Si enim caro est, concupiscet aliquando cōtra spiritū. Si Dalila est, machinabitur aliquando mortē Samsoni, Si Heua est, pomū offeret viro suo. Rectè Paul⁹, castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte dum alijs prædico, ipse reprobus efficiar. Voluit igitur Dñs, quòd caro sua esuriret, vt admoneret nos, multo magis nostrā esurituram, etiam post multos abstinentię dies. ¶ Secundò docuit contra Stoicos, nō esse culpabiles naturę affectus non tibi vitio vertitur quod esurias, sitias, timeas, doleas, gaudeas, si modo spiritus integer sit Cœlestis vita est, quę hos motus non sentit: dū in hac vita viuis, eos si sentias, nihil est quod

turberis. Dictum mihi id sit, contra quosdā immodicè sanctos, qui stuporem & insensibilitatem quandā oprāt in rebus huius vitę. at Christus esurit ex fame, timet de morte.

¶ Audeo & tertio dicere, si tibi hoc infortunium inciderit, vt in lapsum naturę corrueris: ne protinus despondeas animos, ne protinus desperes. Quid mirum si caro, cuius naturę est esurire, aliquando comedat? Quid mirum si qui sitit, bibat aliquando? non est homo qui non peccet, ne igitur protinus excidat cor tuū, ne concidat illico facies tua, surge propera, vulneri inflicto adhibe medicinam, miserebitur tui Domin⁹ qui nouit figmētum tuū. Ergo si peccasti, ne putes nauē iam penitus in fundum abiisse, sed indue virum, & iter tuum quod cęperas prosequere.

¶ Quartò docuit: sanctos, etiam si in altissima cōtemplatione consistant, suę carnis curam habere debere. necessitates sunt naturę, non volūtatibus, ideo curandę à nobis sunt, non reijciendę. Profectò sponsa dolebat, quod cum spoliasset se tunica sua, cogeretur eam induere: at induēda tibi est, quia nec dum stollam glorię induisti. Igitur qui Deo se se tradidit, curę carnis videtur renunciaisse: at famen passurus est, sicut & Christus esuriit. ¶ Quintò docuit, quòd oēs nos curam carnis agere permittimur, modo prius ieiunauerimus, id est, modo mētis curam egerimus. Primum igitur regnum Dei quęrendum, post modum corpori nostro prouidēdū. Sicut Christus prius ieiunat, postea esuriit. ¶ Sexto docuit. Tunc maximè ingruere tentationes, cum diabolus sentit nos esurire, & aliquid humanū cupere. cum esurisset Christus accessit tentator. Cum aliquid quod non sit Deus cupimus, tūc maximè adcurrit diabolus. ō si volūtas nostra, nihil nisi Deū esuriret! ō si lachrymę nostrę essent panes nostri: dū dicitur, vbi est Deus tuus, quā fugeret, quā formidaret demō accedere ad tentandum? rectè dictū, cupiditas est radix omnium malorum. Sed progredior,

Accessit <sup>tentator dicitur, dicit vt lapides bi etc.</sup> Reuera tētor diabolus est. quia maximè potēs est ad tentādū, maximè callidus. Erat enim serpens callidior cunctis animātibus, demum maximè inimicus generis humani iuxta verbum Dñi inimicus homo venit, & super seminavit zizania. Dices nōne & alij homines tentant, nōne etiā alij diaboli tentant? Certè tētant homines, diaboli tentatoris furij acti. tentāt etiā & alij diaboli: verum quia (vt arbitror) Lucifer fuit, qui tentandi Christum prouinciam sibi sumpsit, ideo dictum est, accessit tētor ille videlicet summus in arte tentandi. fuit etiā (vt opinor) Lucifer ipse qui Adamū tētauit. dictū enim est, quòd serpens erat callidior cunctis animātibus, ergo callidissimus demōnū (s. Lucifer) parentes tentauit nostros. & ita verè tentator, quia primus fuit, qui tētationē inuexit in terrā. Sed audiamus quid dicat. ¶ D I C, inquit, vt lapi-

Iob. 1.

2. Cori. 11.

Galat. 6.

Galat. 5.

Iudi. 16.

Genes. 3.

1. Corin. 9.

3. Reg. 8.

Genes. 4.

Psal. 102.

Cantic 5.

Eccle. 45.

Math. 6.

Psalm. 41.

1 Timo. 6.

Genes. 3.

Math. 3.



*ut lapides hi panes fiant.* Videtur mihi de mō intellexisse, solius Dei esse munus, lapides in panes conuertere. Et ut à terrenis assurgamus ad cœlestia. Certè cum Deus è terra producit triticū, è quo panes fiant: an nō terram vertit in panem? Si igitur è terra fit lapis, igitur è lapidibus (id est ex materia ex qua fiūt lapides) Deus suscitatur panes? quid? An non ex locis petricosis solet frequenter panis prouenire? ¶ **Secundò** manifestum est quòd Christus est lapis. Apostolo asserente quòd fit petra: & ipso Christo dicente. lapidem quē reprobauerūt &c. At solus ipse Christus est, qui se lapidem vertit in panē, ipso met dicente. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. ¶ **Tertio** apertum est, corda hominū iniquorū esse lapidea, teste Deo per prophetā. Auferam inquit à vobis cor lapideum. hos lapides solus Deus vertit in panes. quos non alius edidit, quàm Deus. planè ex corde iniquo edidit diabolus. sicut è debant corui, ex panibus quos Pistor regis Ægypti, in canistro super caput ferebat. Sed cor, cum sanctū est, Deo ipsi panis est. Ipso Christo dicente, cibus meus est, ut faciam voluntatē Patris mei. effecta igitur Patris voluntas panis Christi est. quid verò aliud est voluntas Patris in nobis, nisi cor nostrū cum sanctificatū est. Hęc enim est voluntas Dei sanctificatio nostra. ¶ **Quartò** an non durus est lapis avarus? qui non lapis modo est, sed ferrum, & calybs: habet enim cor conuersum in ea quę amat. Si lapides, & gēmas amat, si numos & æs: an non lapis est, & ferrū? hunc lapidem vertere in panes, quos proximi & pauperes edant, solius Dei, velut miraculum est. ¶ **Quintò** an non tribulationes sunt lapides, quibus demones, & mali. & alii quando boni, viros probos, & inculpatores lapidant: at hos lapides in dulcissimos panes vertit Christus Stephano, vertit & Laurétio, ceterisque martyribus: an non dulcis erat tribulatio Paulo dicenti, mihi absit gloriari nisi in cruce? quis ita suauiter mordet ex pane, quàm Paulus ex tribulatione? Iacet David, quòd lachrymę fuerint illi panes die ac nocte. Et reuera, lachrymę fusę coram Deo, dulcis panis fiunt. ¶ **Sextò.** An nō lapides sunt peccata, quę admisisimus? plane mola sunt asinaria in collo peccatoris suspensa. lanè lapis plumbeus sunt super humeros peccatoris sedes, & onus graue super eū qui peccauit. Hos verò lapides in panes vertit Dominus. si qui dem diligentibus Deum omnia cooperantur in bonū. Sicut enim Ægyptij qui prius Iudęis erāt terrori: suffocati postea, sūt illis letitię materia: ita & peccata, quę peccati erant lapides (vbi in virtute profeceris) sunt humilitatis, & moderationis, & letitię causa. ¶ **Septimò.** An nō sapiētia, (seu vita spiritalis) lapis est? audi quid in sapientia dicatur. Quàm aspera est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa ex cors. quasi lapidis virtus, probatio erit in illis, & non demorabūtur proijcere illam. Ac

si dicat, Sapia est quasi lapis onerosus, in principio: ideo ignaui, & excordes pondus sapientię à se excutient. Hunc pretiosum tamen lapidē vertit Deus in iucundissimum panē. dictū est enim cibauit illū pane vitę & intellectus &c. ¶ **Secundò** hęc nota. quòd cum Deus vertit aquam in vinū: aut virgam in serpentē. aut nunc panē, in corpus suum: id planè facit, destruendo naturam aquę, producendoq; nouā vini, aut serpētis. Itaq; res illa quę in aliam vertitur, necessarò destruitur: & ideo cum peccatorem vertit in iustū, destruit peccatorem, ut iustus oriatur. Contra facit peccator: lapides ipsos, manentes lapides, vertit in panes, vult in hac re peccator potentior esse Deo. Certè cum peccator in suo gaudet peccato, lapidē qui lapis est, vertit in cibum. Quid? an non frequēter difficillima, & durissima peccata: difficiliora quàm lapides illi, per quos Ionathas ad Philisteos reptas ascendit, peccator velut si panē ederet: aggreditur, conatur, & nititur. Profectò duriores sunt amores iuuenum, quàm lapides: asperiores, quàm asperrimi scopuli. At miseri, non adeò letantur cum manducant, quàm cū propter dilectam patiuntur. Quid numerem nauigationū difficultates, bellorū casus? at hos vorant homines quasi panes. Certè in hac re diabolus imitantur. quid enim asperius, quid minus edi poterat, quàm illud, conscendā super cœlū, & ero similis altissimo? Hunc verò lapidem, dulcem inuenit diabolus. ¶ **Nō** te pretereat lector, quòd omnis tentatio, quā tentamur est similis tentationi Christi. Semper enim dicit diabolus animę sanctę, dic ut lapides hi (.s. peccata) panes fiant, id est, ex illis comede. non nocebunt &c.

Pulsat potro animum difficultas, quid de mō hac tentatione pretendebat? nec enim tam videtur tentatio vasa, quàm & tentate, & tēto digna videbatur. imo videtur sūma insipientia, lapides offerre famescenti. An non erat facilius afferre illi veros panes, aut certè phantasticos? è quibus si edisset, facile erat argumentum, non esse Deum, qui diabolo obtemperaret. Iā si Christū ad gulā diabolus prouocabat: quę gula, imo quod peccatū, imo quod non meritum famescētem comedere? Ego arbitror primum intentum diaboli fuisse, expiscari: si fortè Christus ea laude, quā filium Dei, & miraculorum factorem, eum laudauerat, non nihil per vanam gloriam tillaretur, animusq; gaudio vellicaretur. Nec enim credidit diabolus Christum esse Deū. licet nouerit esse Messiam. quāuis nec eo tempore nouerat certò eum esse Messiam. ¶ **Secundò** pretendebat ea tentatione venari: num forsam Christus, ad diaboli vocem, non nihil de suo rigore laxaret, imo si non nihil ille virilis Christi animus, è sua constanti fortitudine deficeret. Si enim Christus cepisset tunc sibi compati, & seipsum ad carnis affectum inclinare, peccatū inueniebatur in Christo, qui propter diabolus, è virili efficacia elanguescebat. ¶ **Sed** profundior

Eccli. 19.  
Ioan. 3.

Philip 2.

1. Reg. 24.

Isaie. 14.

1. Corin. 2.



dior mihi hęc ars diaboli dilucet. Fige obsecro, purum hominem fuisse Christum, nõ verò Deũ. Iam, vide eum hominẽ ieiunio quadraginta dierum exhaustum, & ferè de cuius vita (nisi sibi prouideat) periculũ sit. vide ex alia parte sancti tatem miram in Christo refulgentem. Tentatio igitur fuit talis. ò vir (inquit demõ) nosti, quẽuis debere sub pẽna peccati mortalis, sui curã corporis agere, cum extremè patitur. Cũ igitur non sit tibi iam periclitanti ad manũ panis (nec enim tuus rigor alio cibo gaudebit) neq; hĩc sit alius modus habendi panem, quàm ex miraculo Dei, Deo fide: qui in necessitatis tempore paratus est facere voluntatem timentium se: age, ergo iube, vt Dei imperio lapis fiat panis. alioqui, tu tui eris occisor. alioqui Deo diffides. & quomodo Deus non parebit tuę voluntati, cui tu adeò paruisti? Dic tu nunc lector quæso, an non ita, in summas angustias virum (qui purus homo esset) diabolus coniecisset? Si audeat Deo fidere, diabolo obedit. si Deo non fidit, infidelis est. si non audeat lapides mutare, se videtur occidere. si audeat, Deum videtur tentare. An nõ hoc summum erat discrimen! hęc fuit iudicio meo diaboli astutia: virum quem non nisi hominem putabat in tantum discrimen adigere, vt conaretur lapides vertere in panes. Sed interim ne prætereas hęc annotatiunculã. Quàm curat diabolus seruos Dei è rerum diuinarũ consortio, in corporis curam detorquere? Dei studiũ est, nos è terrenis ad cœlestia prouocare: diaboli contrã, in carnis nos prouidentiam desistere. Deus vult vt edamus ad Euangelizandũ: at diabolus, vt euangelizemus ad edendum Deus mũdum subdidit homini, vt è mundo ascēderet ad Deum. diabolus vellet, vt miracula omnia, & mundum ipsum, ad edendũ homo incuruaret. At prouidentia carnis inimica est Deo, legi enim Dei non est subiecta, neq; enim potest.

Tentator respondit Dominus. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo.* Qui locus intelligi potest aut specialiter de Christo, aut generaliter de quouis homine. Si intelligatur de Christo, verificatur varijs modis. Primò, certum est, quod res non viuunt nec subsistunt ex se: Sed Christus eas portat verbo virtutis suę. & Verbum erat vita hominum iuxta Ioãnem. Igitur Deus est vita nostra & rerum omnium iuxta Mosen, non ergo in solo pane viuebat homo Christus, sed in Verbo, in quo viuimus, mouemur & sumus. Idq; secundum esse naturale. Secundò, quia verbũ est via veritas & vita gratię: hic hõ Christus nõ in solo pane viuit vita gratię, sed in Verbo dante illi summã gratiam. Tertio, quia omnes sancti sunt beati in Verbo: igitur non in solo pane viuit homo Christus, vita glorię, sed in Verbo, reuelante se gloriosę animę Christi. Quarto, hęc grandis gratia Christo facta est, vt eius humanitas, eadem met existẽtia singulari viueret, quã viuit & Verbum, quatenus perso-

na diuina est. Licet ergo nostrę humanitates viuant per panẽ, at humanitas Christi singularis, eã vita viuit, quę nullo vnquam eguit panẽ. Viuit enim vita Dei, qui panẽ nõ alitur. Quintò, & quia hęc Christi humanitas, nõ viuit ex vna, aut altera Verbi conditione: sed viuit ex omni proprietate, quę ipsi Verbo conuenit, ideo non dixit, nõ in solo pane viuit homo, sed in verbo: sed dictum est, non in solo pane viuit homo, sed ex omni Verbo, quod procedit de ore Dei. Id Theologi sibi peculiari vocabulo loquuntur. Verbum (dicẽtes) & homo, sibi cõmunicant idioma. Iam si illud, non in solo pane viuit homo, sed in verbo Dei, libeat generaliter de omni homine intelligere, verificatur apud me, primum hac ratione. videre est frequentissimè homines, qui licet multum edant, nunquam satiantur tamen, nec ingestus cibus satiat edẽtem: videbis contrã pauperẽ, offula panis contentũ. an non verum esse iudicas, quod non in solo pane viuamus, sed ex Dei imperio & beneplacito. Sa ne tempore famis, nullus panis comestus satiat: at quouis alio tempore: exiguũ etiam panis sat est ad satietatẽ. Secundò verificatur, quod cũ homo non sit caro: sed potius multò, sit anima: hęc anima non viuit in pane solo (hic enim ad carnem spectat, & ad animam, quatenus in carne est) neq; etiã viuit, in aliquo vno verbo Dei. nec enim sat est, vt anima tua viuat, si vnam vel alteram legem Dei impleas. Si vis viuere, in omni verbo Dei viuendum est. Id est in impletione omnium mädatorũ, nam qui offenderit in vno, factus est omnium reus. Tertio verificatur. Existimãt homines: quod cura panis, & cibi corporalis ea sit, per quam viuant. Et ideo oblitum rerum Diuinarum, toti se rebus humanis tradunt. Contrarium docet nos hoc verbũ Christi: quãsi diceret, non in cura rerum temporalium viuetis: imò contra, si primum quęritis regnũ Dei, & eius iustitiam, hęc omnia adijciẽtur vobis. Si vultis panem corpori, non eũ præcipuè quęritis sed quęrite primum panem animę, & erit Deo cura de vobis. viue Deo, & viues etiam tibi.

Quarto explicat hoc verbum rem mirabilẽ. Panis res est vsualis, quã pascuntur homines: lapidibus nemo est qui pasci possit. Persuadeãt igitur sibi viri pij, suam vitam non ex cõmuni rerum vsu pendere: sed ex Dei beneplacito, qui etiam ex rebus repugnantibus suos pascere solet. quis credidisset, aquam erupturam ex petra: aut Mara dulces posse aquas effundere? at non in cõmuni rerum ordine vita spiritualium cõsistit: sed ex Dei voluntate. Ita equidem cum te in discrimine extremo conspexeris, nec est tibi panis aut alia res mũdi, in quã sperare queas, intellige Deum esse adeò potentem, vt sine pane, aut re alia, in qua sperare possis, imo ex lapidibus, id est, rebus desperatis, te pasturus sit.

Quinto docuit dominus, eo ipso quod quis est filius Dei, non in solo pane viuere, imo nec in

Iacobi. 2.

Math. 6.

Nume. 20

Exodi. 15.



eo viuere precipue: sed viuere in hoc maxime, quod ex Dei voluntate dependet. Cuius voluntas si fuerit, vt moriari: hoc ipsum filio Dei, viuere est: hęc ipsa mors, est illi vita. Dicit ergo Dominus, non est mihi de solo pane corporali cura. Cura est de voluntate Dei, ex eius ore dependeo. Hoc est mihi viuere, in eternum enim non obliuiscar, sed sollicitè curabo iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. Habēt igitur viri spirituales rationem viuēdi spiritualiter. si pendeāt ex omni verbo, nō solum pcepto, sed consilio, sed etiam inspirationibus Dei.

¶ Sexto, docuit Dominus quomodo victurus homo sit, post seculū hoc. s. in omni verbo Dei, dixi in omni verbo, quia in visione Verbi Dei, & omnium, saltem essentialiū, quæ in Verbo sūt, sancti viuunt vita beata. Nec desunt Theologi, qui fateantur etiam sanctos visuros omnia quę sunt formaliter in Verbo: Vt plenè asserāt, quod homo viuēt, ea vita (quæ sola vera vita est) in omni Verbo Dei. ¶ Septimò, interim verò quod nō licet nobis vitam beatā viuere, docuit Christus, qua ratiōe in vita misera, id est, in hac morte, viuere non nihil liceat: & doctrina est, quod non in abundantia vita hominis est. Sed in omni verbo, id est, in amicitia, societate, & familiaritate ad verbum Dei, id est, ad Verbū, ab eterno ex Patre procedens. Planè etiam Pater & Spiritus sunt vita, nam cum filius viuificat, etiam & Pater, & Spiritus viuificat. Sed nescio qua ratione fiat, vt sicut speciatim Verbi delicię, dicuntur esse cum filiis hominum, ita & speciatim hominum delicię, sint cum filio Dei: qui pro hominibus homo factus est. ¶ Ante quàm è loco isto egrediar, libet admonere, quāuis rem mundi dici verbum Dei, quia verbo Dei est. Sed est discrimen, quod Verbum eternū est verbum amplū, & nullaten⁹ restrictum. Sed cælum licet verbū sit, est tamen restrictum ad naturam cœli: sicut & homo est verbū, sed taxatū ad hominis naturam. Quo circa Domino docente docemur, quāuis rem huius mundi posse nos pascere si velit Deus, vt enim accommodauit stomachū nostrum herbis & carnibus, potuisset etiam ferro & lapidibus: nam & struthiones feruntur concoquere ferrum. ¶ Peracta prima tētatione succedit secunda, quę verè vltima fuit. Id quod non leuiter conducit ad intelligentiam eius loci, enim uero in hac tētatione accesserunt angeli, & ministrabant Christo. In quo verò ministrarint, forsam ipsa met tentationis continuatio explanabit. Igitur,

**Assumit** eū diabolus. & statuit supra pinnaculum templi. Iam controuersia est, quod fuerit tandem hoc pinnaculum, res quidē varia, sed iudicio meo facilis. Pinnaculum grecè est tò pterygion. Cuius significatio est, illa ala ex leui ferro confecta, quę super summa tecta solet collocari, cuius motu ventorum differentię discernantur. Itaque super templum est

tectū, & super tecti summitate est pinnaculū, vel ala. Ex quo intelligis vbi collocatus sit Dominus, videlicet supra eā templi alam, quę discernendis ventis summo tecto templi erat imposita. Et quidem textus non dicit, statuit eum in pinnaculo, aut sub pinnaculo, sed supra: vt notetur nō in loco aliquo plano, & sub tecto aliquo Dominum assumptum, sed supra totius templi summitatem. Ex quo etiam facilè intelligis ad eam summitatem nō esse ascensum, aut gradus. Sed quod viribus diaboli Dñs eō assumptus sit. Quod quia planum esse video, ideo nō probo. Sed probabit contextus, quis enim vir spiritualis per scalam in pinnam templi conscendat? id aut puerorum est, aut edificatorum. Hinc vigor tentationis clarè aperitur. Finge te ipsum in ea templi pinna, vbi casus, & pceptum est ad manum. Vbi nullū reperias descensum. Quod non possunt homines facile peruenire, ad te liberandum, quò te vertes? quid facies? clamabis ne? fortè erat nox. Et fortè, vt rem insolitam potius mirabuntur, qui te viderint: quàm accurrerent, vt eripiant. In ea angustia si accedat tentator & dicat: Hic tibi nullum remedium est, nisi fidere Deo, & te deorsum mittere: tu huc tuis gressibus non venisti, non est tua culpa, quod hic consistas: Deus quite huc aduexit, hinc seruabit. Quod cōsiliū te precor sequeris? si perstas, perstas in aperto periculo, null⁹ .n. tibi subueniet. Si cadis, peccas. Quid facies? Ex quibus patet, quanti diabolus Christū estimauerit, nec enim eum tentat de infidelitate, sed de excessu confidentię & fiducię.

Hactenus de tentatiōe: tentemus nūc, si quid inde ad mores transfundere possimus. & primo quidem aduerto, diaboli operā, Christum in pinnam sublimatum. Fieri igitur potest, vt diabolus adduxerit religiosum ad monasterium suū, nam monasteria sunt excelsa pars ecclesię. Fieri etiam potest vt operā diaboli pcedator ad suggestum: episcopus ad mitram: sacerdos ad sacerdotium adductus sit, neq; enim Deus solus est, qui suscitāt de terra humiles, & de stercore erigit pauperes, etiam diabolus collocat viles cū principibus, cum principibus populi Dei. Sed magno discrimine Deus, & diabolus solium glorię hominibus parant. Deus enim non super pinnam templi collocat, sed sub pinnam: nec collocat in loco excelso quempiam per saltum: sed nos per gradus sensim, ascendere vult. At diabolus ad pinnā sine gradibus adducit, & super pinnā collocat. Planum est, gradus quibus in sublimitate ecclesiasticam ascenditur, esse merita. Deus neminem immerentē facit sublimem. Diabolus, neminem ferè sublimat, qui mereatur: & si meritis pollet, eo ipso quo à diabolo vult sublimari, merita perdit quę habebat. Iam quem Deus sublimat, nō credit se, esse dominū, vt supra templum sit. Sed credit se esse minorē, eo ipso quo maior est. Vides, quomodo pi⁹ ho-

d iij mo non

Psal. 118.

Vides  
to. 7.  
to. 2.  
7. 49  
1. 3  
1. 3.

Luce. 12.

Ioanis 6.

Prover. 8.

Psal. 118.

quò diabolus et  
dñs extollunt  
ad saniores.

Hispane,  
veleta.  
Lustra.  
grimpa.

Luce. 22.



mo non sit supra pinnam? At si te diabolus præfecit, arbitraberis te esse maiorē, cui parēre omnia debeāt. en superbiā, en super pinnam stas, Sed v̄, quantum tibi periculū, quā verō exiguum auxilium. quod enim auxiliū habeat, super pinnam templi collocatus? Secūdo, aduertis diaboli ingenium: supra pinnam semper collocat. At in jis quę Patris sūt, in his quę Dei sūt, non conuenit hominē esse super rebus diuinis, sed res diuinas esse super hominibus. Si publicano datur laudi, quōd in extrema tēpli parte substitit: datur Pharisęo vitio, quōd iuxta altare cōscēderit. Solius Domini est, vt excelsus sit, & eleuatus: ita, vt ea quę sub ipso sunt, id est, vestimentorum gloria, templū repleant. Nos verō vix digni sumus, qui ad ostia tēpli accedamus. ¶ Nam quis nesciat hereticos esse supra pinnam templi, qui intellectum suum Deo non captiuant? ¶ An non & inobedientes Pręlatis suis, quos Dei vicem gerere arbitramur, supra pinnā sunt, & non sub Deo? ¶ Imo tertio addo, quōd omnis tentatio id contendit, vt hominē supra pinnam collocet. Et omne peccatum mortale, est voluntarius supra pinnā templi conscēsus, id est, vt contra obedientiam Dei te ipsum erigas. Id ipsum enim est ascendere pinnā, & confringere iugum, rūpere vincula Dei. ¶ Sed, 4. Adde, fieri poterit, vt nonnunquā subito quodam motu te in peccatū mortale consensisse credas. Tunc tu ipse non ascendisti sponte tua in pinnā, & contemptū Dei: sed te diabolus eō propulit. Diaboli enim operā fit: vt subitis, & primis motibus in peccatū conscēdisse videamur. tunc ille pelliciet te, vt te præcipites, vt in opus cadas: sed tu caue. Licet enim tibi demō polliceatur, quōd peccatum nō nocebit pedibus tuis: sed quōd angeli cōtendēt à Deo ne ledaris, & quōd post peccatū penitebis: tunc crede. ne tētes dñm Deū tuū. Certē quide misericordia Dei fīsus peccat, tentat Deū. Deus. n. auxilia & misericordiā suā nō peccātibus, sed timentibus eū, promisit. ¶ Quōd si pinnā templi, pro gratia Christi, accipias: certē quiuis vir iustus in pinna est. Quid ni super pinnam templi erit, si Paulus dicit: quōd Christiani constituti sumus ad dexteram Dei, in cęlestibus, in Christo? Et Christus dicit, quōd oues suas fert super humeris suis. Imo nescio an etiam super caput: si christianos vocat Paulus suum gaudium, & coronā: an non magis eos ita vocabit Christus? Quōd si iusti sunt corona Christi, certum est coronam super capite gestari. Iam qui in humeris, & capite Dei collocātur, an non super celsissimam pinnam sunt constituti. ò igitur christiane si te diabolus tentat: vt è tam excelsa tēpli pinna, te deorsum demittas: caue ne feceris. primum vide quem locū deseras. 2. vide in quā profundum ruas. Si enim te demittis, demittis è cęlo in infernum, quo altius præcipitium nullum est. ¶ Adde. 5. Si diabol⁹ te in munus aliquod sacrum adduxit, id est

in Pontificatū, sacerdotium, monachātū, aut quid simile: si dignū te ea functiōe perspexeris, licet diabolus vrgeat, vt deseras pinnam, quā conscendisti, tu ne desere: quo ad vsq; Deus te è pinna per mortem diuellat. Quod si ea functiōne dignus non es, diabolus vrgebit, vt demittas te deorsum. tu verō ne in pinna consistes, nec è pinna te præcipita, sed grad⁹ quere per quos descendas, id est, consilij prudentia, & tua & amicorum vt ere, ad functiōne deserendam. nihil igitur per præcipitiam faciendum. ¶ Adde. 6. Quōd ij dicuntur in pinna esse qui exemplares sunt: quales sunt prædicatores, pontifices, & ij religiosi vel seculares, qui in vita spirituali publicè profecerūt. Hi si se præcipitent, demōnū astu persuasi, ò quanta est eorum calamitas! vt enim quę de excelsu ruūt: & ingētem edunt sonum, & ipsa grauissimè discerpūtur: ita qui sancti ruūt, & pessimè eorum sonat ruina, & ipsi vix ab ea cōualescunt. ¶ Demū aduerte, quā nullus sit locus excelsus tutus. nunquā in loco nisi humi li securitas, Si in loco stas excelsu, time, quia grauis tibi instat casus. ¶ Sed non est equū, locum à diabolo, ex psalmo adductum, præterire. Locus est Angelis suis mandabit de te, vt custodiāt te. in manibus portabūt te &c. Profectò mel leus locus est Angelis inquit suis. aduerte angelorū maiestātē. quibus nullus locus est pro dignitate nisi cęlum: quorū potestati & imperio, non est, potestas quę comparetur super terram: quorum sanctitati & virtuti, nec ipsa Ioannis baptistę (dum viuebat in carne) sanctitas erat equalis: qui demū semper vident faciem Patris, qui est in cęlis: quā dignitate nulla alia præstantior est. Siquidem videre Deum omniū rerū naturā superat. At his principibus tantis, Deus mandauit de te. ò christiane, non mādauit Deus angelis generati de te, sed speciatim de te prouidus est Deus, & quod est dignissimū omni veneratione, quōd non vni angelo duntaxat mandauit de te, sed Angelis suis mandauit, ò verō incredibilem Dei dignationem? ò mirabilem angelorum obedientiam? ò hominum summū præcium? Cum ipsi tamen sint vniuersa vanitas. Sed quid mirū, si Deus mandauit angelis de te, siquidē & filio suo mandauit de nobis: nō solū vt custodiret nos, sed etiam vt moreretur pro nobis. Sed nō prætereat te, quōd ait in manibus te portabunt. Quid? sacra ne res est homo, quā angeli in manibus ferūt. Sacerdotes in manibus ferunt sacrā synaxim, & nos in manibus ferimur angelorū. Certē quia Christus pastor, in brachio suo leuat agnōs: imo & humeris suis ouem imponit. Interim tamen angeli in manibus portāt, quia homo suo pōdere semper ruet & cadet. sensus enim hominis ad malū ab adolescētia proni sunt: virib⁹ igitur & prouidētia angelorū sustētātur, ne decidāt. Sed maximè custodimur ab angelis, ne offēdat pes noster ad lapidem. s. peccati. Licet. n. Morales philosophi multos

Luce. 18.

Isaic. 6.

1. Cor. 10.

Ierem. 2.

Psalm. 2.

Luce. 1.

Ephes. 2.

Luce. 15.

Philip. 3.

Psalm 99.

Iob. 41.

Math. 11.

Math. 19.

Psalm. 38.

Isaic. 49.

Luce. 15.

Genes. 8.



Rom. 1.

Psal. 34.

Jerom. 51.

multa tractarint, ne offenderemus, at nisi manibus angelorū à casu defendamur, frustra nitentur: quod eleganter Paulus docuit ad Rom. 1. certum enim est in mūdo, esse tenebras, & lubricū. quis igitur de nocte, & in lubrico consistat, ni ab angelis iuuetur? Demū aduerte quòd dicit. *In omnibus viistuis*, id est in omni opere quòd sicut viator facis: in omni opere, quo in cœlū ire contendis. Alioquin mali aliquando relinquuntur, ab illa speciali angelorum custodia: quanta ergo nostri angeli cura, quæ ad oēs vias & opera nostra spectat? quanta nostra imbecillitas, quæ tanto eget obseruatore. Et quanta malicia, qui tot adminiculis fulti, peccare nō cessamus. Sed iam audiamus, quid tentatori respōdit Dñs.

**Non tentabis** *dominum deum tuū*, Quasi dicat, non explorabis

bonitatē Dei tui: nō nūc de nouo requirēs signū, quo tibi suam demōstret benignitatem. satis ille charitatem in homines ingentē, & prouidentia explicauit: opus nō est vt iterū ac iterum signa multiplicet. Dices: quid ni bonitatē Dei explorabimus? si bonus est Deus, quid vetat suam explorari benignitatem? Primo quidē, quia licet ille bonus sit, & bonitatē suā omnibus velit esse confessam: at nos sumus indigni & peccatores: in quos iustē Deus non bonitatem, sed vltionē ostendere possit. ferē semper peccamus: quomodo igitur nitentur, quærere à Deo suæ signa bonitatis. ¶ *Secundò* quia semel ille omnia naturalia remedia, mundū creādo instituit, & omnia supernaturalia auxilia, mundū redimendo prouidit: quibus fas nobis est, in quāuis vti necessitate: quibusq; ipse nobis suam demōstrauit charitatē: non est iā quòd amplius amoris signū requiramus. Quòd si forsan calamitas aliqua vrget, & Deus vult te in ea perire: patienter ferēda fors est. ¶ *Sed* speciatim dices, cur Dominus fidenti de eius auxilio, & mittenti se è pinna deorsum, nō accurret? Primū, quia De⁹ adiutor est in opportunitatibus & tribulatione. non in vanitatibus & temeritate. ¶ *Secundò* quia leges quas Deus in mundo stabiliuit, firmas esse vult: & durē, grauitēq; eas infringere fert, nisi magna quēdam causa se prodat. At quòd graue precipitatū cadat, lex est naturę. Ideo iniquius Deus eā legem patietur violari. ¶ *Tertiò* vt timeamus ne de Dei bonitate fidamus, ad peccādum, & mittēdū nos deorsum. nō accurret De⁹, nisi mera sua misericordia, ad hunc qui se precipitat, eruendum. Sed multa iam sunt de hac tatione deducta, ad tertiam accedamus.

**Assumpsit** *eum in montem excelsum & ostendit illi omnia regna m.* Video, nō

esse facile intelligere veritatem huius tentationis. Sed si diligenter verba D. Lucę expēdamus fieri forsan poterit, vt veritatē assequamur. Dicit igitur, ostendit illi omnia regna orbis terrę, in momento temporis. Si in momento: nō igitur digito ostendebat, aut Romam, Bizantium, Athenas, aut Corynthū, Hoc enim in momento temporis fieri non poterat. Imo nec exigua par

tem mundi, & eius gloriam in momento poterat explicare. Quòd igitur animo meo insedit, id est. Quòd ducto domino in montē excelsum: arte magica, & prestigijs incantatorum, circum montem, & in eo spacio amplissimo, quòd è mōte perspiciebatur: factę sunt vrbes opulentę: prouincię, regna. Et iuxta Christum monstratę sunt thesaurorū infinite moles: Auri, argenti, margaritarum, eboris, & rerum quas mundus amat. Hęc visio in momento facta est, non quòd eo momento quo cępit, disparuerit: minimē. Sed orta fuit ea maiestas in puncto, durauit porrò, quo tempore durauit tentatio. intellige tamen nihil demōnem, in Christi phantasia operatum. Dices, quomodo ostēdit omnia regna orbis terrę, si solum ostēdit regna quēdam fictitia, quę è monte videbantur? Respondeo: Quòd sicut nō omnia regna vera, è quāuis excelso mōte, monstrari poterāt: sed quibusdā mōstratis dictum est, quòd sunt omnia monstrata: ita mōstratis fictitijs regnis dictum est, omnia esse demōstrata. Vt hęc synechdoche locum pararet mysterio. Si roges, quis ille mōs fuerit è quo mōstratę sunt orbis prouincię? respondeo id non cōstare. Quidā asserunt, esse montē Phalga, è quo Mosi Deus terram promissionis ostendit: non quidem totam, sed quantum Mosi visus attingere poterat. vt intelligas esse Scripturę morē, totū per partē intelligere. Quòd si in terra promissionis non est (iuxta desertum Hiericho,) mōs insignis & excelsus valde: necesse est dicere, quòd diabol⁹ viribus & potentia arripuerit Christū, & in montē adeò excelsum duxerit. qđ mihi probabilissimū fit. Scio tamē Saligniacum velle: montē hūc, duobus miliaribus distare à fonte Helisei, qđ ppē Hiericho & Galgala currit.

Loquamur nō nihil de moribus, & id primū nō prętereat nos. Tantę fuisse Christū sanctitatis, in oculis diaboli: vt nō nisi promissione omnium regnorū mundi, & totius glorię suę, eū flecti posse putaret. At nos quā minimo negotio, ad sui adorationē flexisset: certē qui pro vili castro nunquā nō iniqua bella gerūt, an nō hi demōnem pro oppidulo venerantur? ¶ *Secundò* aduerte. Quòd vt dicebā: nō fuerūt vera regna mūdi, ea quę diabolus ostēdit: sed videbātur. Sanē vt indicaretur: hęc mundi regna, nō vera regna esse, sed vmbre similia. Vapor est ad modicū parēs regū vita, in firma est thesaurorū possessio. fuga cissima honoris cōseruatio. ¶ *Tertiò* aduerte, quòd licet pręsentia bona fugiāt velut vmbra: sed tētatis à demōne, licet exigua quēdam mundi portio ostēdatur, omnia tñ regna ostensa esse vidētur. Quòd si nō penetras: intellige nūc tētātū, & allectū alicui⁹ femine pulchritudine. breuis sanē mūdi portio est illi à demōne ostēsa: sed ille decept⁹ asserit: se femina illā, super oīa regna mūdi estimare: & optare se magis illius amplexus, quā oēs mūdi opes. Idē perspicies de ambiente honorē, & diuitias. Nos igitur demō decipit, quib⁹ si mundi particulā ostendat, (si allicimur ad eā & inflāmur) nō pars mūdi vilis, sed totus

d iij mundus

Numc. 21.

27.  
ascende in montem istum ab xim, et contemplare inde terram quam duxi sum filiis israel.

2. iob.

Iacobi. 4.

Iob. 13.

Psal. 9.



nudus conspectus esse videtur. ¶ Quarto  
 libet admonere, iuxta Apostolū: coram ventre  
 Philip. 3. multos procidere, rursū & corā pecunijs. Iam  
 Ephes. 5. qui pecunias, aut ventrem adorat, diabolū in  
 vêtre & numis adorat. Fieri enim nequit, quin  
 aut Deum, aut diabolū adoremus. ¶ Quinto  
 illud attēde: quōd diabolus in montē excelsū  
 ascendit, cum primū conditus est, ascēdit enim  
 Isaic. 14. super latera aquilonis & inde prospexit, nō om-  
 nia regna mundi: sed prospexit se, multo quā  
 mundi regna pretiosiorē. Adoravit ille miser se,  
 procidit ante se, imo subse, quod fecit ille sibi, fie-  
 ri cōtendit à nobis. ¶ Sexto nūc mecū cogita.  
 Christ⁹ eodē modo tractat christianos: quo eos  
 diabolus tētat, assumit. n. christianū Christus in  
 montē excelsū valdē, idest, in christianā reli-  
 gionē. De qua Esaias dixit: erit mōs domus do-  
 mini in vertice montiū, Ac si dicat, domus do-  
 mini erit mōs excelsus valdē. Ex hoc mōte ostē-  
 dit christianis omnia regna mūdi, & gloriā eorū  
 licet dispariter ac demō. Nā demō ostēdit qua-  
 si magnifica: Christus quasi vilia, & quæ celesti-  
 bus collata nihil sint. Demō mēdaciter promit-  
 tit, se daturū hęc omnia, ei qui se adorauerit: at  
 Christus veraciter promittit eadem se daturū,  
 & ita reuera dabit: Dictū enim est, amē dico vo-  
 bis super omnia bona sua cōstituet eum. Et Pau-  
 luc. 12. lus, omnia inquit vestra sunt, siue mors, siue vi-  
 ta, siue mūdus, & alibi, nihil habētes, sed omnia  
 1. Corin. 3. possidentes, & dñs, inquit, beati mites: quia ipsi  
 Math. 5. possidebunt terrā. Sed parum est possidere ter-  
 ram, ijs quibus promittitur cœlū. At sicut diabo-  
 lus nō dat regna, nisi ijs qui eum adorant, & co-  
 rā illo procidūt: ita & Christus nō promittit re-  
 gna terrena, nec cœlestia, nisi corā se prostratis.  
 Ioan. 5. Oē enim iudiciū dedit Pater filio, vt oēs hono-  
 rificēt filiū, sicut honorificāt Patrē. Igitur sicut  
 necesse est corā Patre procidere: ita & corā filio.  
 Sed ò ré dictū in credibilē, quanta res est, quāq;  
 magnifica corā Christo procidere? est enim su-  
 per oēs res exaltari: & cōtra, quā turpis res est,  
 corā demone cadere? cadere, s. corā illo, qui sub  
 1. inf. 202  
 202  
 omnib⁹ rebus cecidit. ¶ Septimo expēde, tantū  
 esse valorē diuitiarū apud homines, tāq; illoseas  
 colere: vt nihil aliud Christus diuitijs cōtra po-  
 suerit, quā dñm Deū tuū adorabis. Ac si dicat,  
 ò homo etiā si auri te splendor alliciat, vt illum  
 adores: at cogita adorationē soli dño, ei q; Deo,  
 & tuo, deberi. At qui hō nec hac ratiōe moue-  
 tur, tanta est auri potentia, vt contra eam apud  
 mortales vix Deus sufficere queat. ¶ Octauo  
 cogita, nō ad eō falsum dixisse diabolū, cū dixit.  
 Cenef. 1. Hęc oīa regna mihi tradita sunt. Sanē Adā rex  
 omniū erat constitutus, si ipse se diabolo tradi-  
 dit, an nō & tradidit simul omnia sua? qui enim  
 ius habet in regē, habet & in eius regnū. Iā ad eō  
 pauci sunt in mūdo reges iusti ac pij: imō ad eō  
 est difficile regē sanctum esse, vt confidenter di-  
 cere diabolus audeat: omnia regna mihi tradita  
 sunt, quia ferē oēs (paucis exceptis) reges mei  
 sunt, & se mihi illi tradiderūt. Age numera mihi  
 pios reges, plane paucos reperies. Et quos inue-

nies, non sine labe reperies. ¶ Huic tentationi  
 non consentit dñs. At dñe si tu non adoraueris  
 diabolū: non deerit ex tuis qui adoret. Adora-  
 bit & Iudas tuus ille dispensator, non propter  
 regna: sed propter 30 argenteos, quibus vendet  
 te. ¶ Non libet tñ præterire illud *Omnia mihi tra-*  
*ditasunt, & mea sunt, & cui volo do illa.* Qua fronte  
 audet diabolus dicere: omnia hęc mea sunt? cer-  
 tē nō admodum sine causa, nam dñs dicit. Ve-  
 nit princeps mundi huius. Si diabolus est prin-  
 ceptus mundi, suus ergo est mundus. & rursū,  
 dñs dixit. Cum fortis armatus custodit atrium  
 suū: atrium hoc, aliud nō est, quā seculum hoc.  
 Est igitur seculū atrium diaboli. nec Paulus ve-  
 retur demones vocare principat⁹ & potestates  
 aëris huius, & alibi. In quibus, inquit, Deus hu-  
 ius seculi excecauit corda eorū. Vide iam nunc  
 2. Cor. 4. lector, quantā iniuriā irrogamus creatori, nos  
 mūdani & seculares: quorū vicio, quod Dei est  
 diabolo tribuitur. Ergo peccatum exhereditat  
 Deū (si ita loquitas est) possessione sua, & dia-  
 bolū velut heredē alienę hereditatis constituit.  
 ¶ Iam illud, *cui volo do illa*, nescio an mendacium  
 fuerit. Certē apud me satis constat, si permittere  
 tur demon, auferret à quibus vellet. Vt exēplo  
 fuit Iob, à quo ōnia bona abstulit daret verò cui  
 vellet, tot enim sunt eius artes & technę, vt faci-  
 lē daret quos vellet. ¶ Sed audiam⁹ quid res-  
 pondeat domin⁹. *Vade inquit retro Satan.* Elegan-  
 tissimo vocabulo sanē, vocauit eū Satanā: Cer-  
 tē propriū Dei & Christi munus est fauere ho-  
 minibus, & ea omnia remedia adhibere quibus  
 hō saluetur. Huic instituto, quia totis viribus  
 diabolus obstare contendit, ideo rectissimē ad-  
 uersarius Dei, & hominū dict⁹ est. Sed subit me  
 admiratio, quōd Deus patiatur demōnē sibi ad-  
 uersari. Quis enim ferat tāto tempore, seruū ha-  
 bere, sanctis dñi conatibus obsistentē? Sed qui  
 hominis causā mori voluit: eiusdē causā suffert  
 habere contrariū. ò igitur negociū hominis ad-  
 mirabile? ò hominis vita stupenda, super qua to-  
 ta cœli machina, ex vna parte certat ad salutē:  
 & ex altera, tota inferni expeditio cōtendit ad  
 perditionē. ¶ Huic igitur aduersario & Satanæ  
 dicit Dñs, vade retrò. Ac si dixisset, hæten⁹ per-  
 missus tibi sum, fecisti q; in me, iuxta arbitratum  
 tuū: iam expleta est omnis tētatio: iam nō tibi  
 permittor: nihil habebis in me, donec dies pas-  
 siois veniat. De qua dictū est, quōd Satanæ erat  
 à dextris Iesu, magni sacerdotis, quia tunc data  
 est potestas tenebris, vt irruerēt in Iesum: & eū  
 vincēdo, vnicerētur. Vade inquit Dñs retrò: quo  
 verbo factū est, vt diabolus qui anterior erat in  
 tētatione, iā fieret posterior. Tātūq; esset discrimi-  
 nis inter tentatorē post hoc, & ante hoc ver-  
 bū: quātū est inter eū q; viatori ex parte anteriori  
 aduersatur, & eū qui ex parte posteriori viā im-  
 pedire cōtēdit. Et nota diligēter, quōd ad duas  
 priores tētatiōes, solo verbo scripturę respōdit.  
 At cū per locū excelsū, regnū & diuitias tenta-  
 mur, hīc nō verba scripturę sola sufficiūt. Conā-  
 nādū est, vt diabolus abeat retrò, cū suis opib⁹  
 & regnis

Ioan. 12.

Math. 26.

Ioan. 14.

Luce. 11.

Ephes. 6.

2. Cor. 4.

Iob. 1.

Zachar. 3.

Luce. 22.



& regnis. itaq; Reges & principes, quibus locus sublimis & opes, sunt tentationis occasio, Deum solū ante oculos habeāt. nihil diabolicū, nihilq; terrenū patiātur corā habere: sed hęc retro sint. Si hęc difficilia esse cōquereris, scito qd' diuites difficile regnū Dei introibunt. Addit verò Dñs.

Math. 19.

**Dominū**

*Deum tuum adorabis & illi soli se.*

Vbi causas adhibuit, cur Deus esset adorandus, & solus colendus. Primū, quia Dominus est. Secundò quia Deus. Tertio quia tuus. Primū quia Dñs. i. abyssus omnium bonorum: qui licet nihil haberet iuris, & imperij super te, hoc solo qd' pulcherrimus, potentiss. & optimus est, sibi soli adorationē reseruat & cultū. Sed secundò Deus est. i. imperator & iudex: q' hanc legē, qua solus vult adorari, cōstabiluit: gloriā eternā obedientibus, infernū eternū repugnantibus pmit- tens. Et tertio tuus. quia adeò bonus est, vt quātus quātus est, tuus esse velit, in tuos ruat amores. quis est nisi stupidus, qui aliū amare, nedum adorare & colere cogitet? At dices. soli ne Deo seruiā? Nō parentibus, nō prelatis, nō demū aliis maioribus? Imo verò Deo seruiēs & aliis: sed sicut qui Regi ministrat, ministrat & iis quibus rex ministrare iubet: & licet, solus Regis minister dicatur, eius tamē iussu, minister est domesticorum regis: ita q' Deo soli ministrat, ministrabit & iis quibus Deus ministrari voluerit. Secundò fateor, qd' seruitus naturalis aliis seruit: at seruitus Christiana nulli seruit, nisi Deo, nā si aliis seruit, non illis, sed Dño in illis seruit. Paulus iubet seruis, vt seruiāt dñis suis: nō vt hominib', sed vt Dño. Ideo. n. Dñs nos oēs in se imbibit. vt q' seruiret, & adoraret hominē, nō se hominē sed Deū colere sentiret. Tertio fateor: qd' Chrīani aliis seruiūt: sed suū seruire, nō est seruire, sed impare, & regnare. qui. n. maior est inter vos, is ministrat. est igitur regnare seruire. Quarto: textus non dicit. Deū tuū adorabis, & nulli alij seruiēs inter tuos. Sed nulli alij Deo seruiēs, hūc Deum tantū adora. ex hominibus quem velis adora, & cui velis serui. pluralitas igitur Deorū ibi phibetur, non seruitus humana: nos igitur ne simul cū Christo, numos habeamus in Deos: nō meretricē: nec aliud, quod sanē doctrinē repugnet.

Ephes. 6.

Luce. 21.

Hebre. 1.

**Et ecce**

*accesserunt Angeli. Verē Angeli sunt spūs, qui adeò citò veniunt quo venire volunt. & veniūt videre rē grandē, quā credere natura nō poterat. videlicet qd' caro totum deuicerit infernū. qd' caro oēs demonū superauerit artes. quodq; caro deiecerit diabolū, quem vix tota Angelorū curia vincere potuerat. Secundò veniūt. vt si purissimos Dñi oculos demonū presentia affixerat, Angelorū ministeria, & pulcherrimus aspectus recrearēt. Siq; tedium habuerat Christus demones aspiciēs, hilaritatem conciperet Angelos spectans. Tertio veniunt: vt intelligamus Christū sua pfecta victoria meruisse, his qui demonē pfectē superarint: quod Angelos corporalibus oculis aspicerent, eorūq; ministerio fruerentur. Sanē nō vincimus demonem pfectē, nō eū ex toto relinquimus. Si re-*

creamur, supbimus. si humiliamur, tepescimus. si confidimus, vanescimus. nemo demū est, qui nō aliquo vitio teneatur. & ita nemo est, q' demonē vincat ex toto: & ideo rari sūt, q' angelos videāt, & eorū ministeria recipiāt. Quarto veniunt: quia adeò charā habēt Dei gloriā & honorem: vt videntes Deū in homine triūphare, cōtinere se non possint: quin veniāt videre, eū in quo Deus de hoste tulit triūphum. Quintò: tam fuit Angelis dulce, tanq; iucundum olim vicisse demones: vt quoties nūc vident hominē fuisse victorem, putent se etiā vicisse: iūgantq; se victoribus, velut pariter & ipsi victores. Sexto: adeò nostrā sanctissimi illi spūs depereūt salutē, adeò vehementer amat: vt cū viderint nos pugnasse, & vicisse: in manibus suis exiliētes tollāt nos, exultent & iubilo impleātur. Septimò: speciatim in Christo victore exultarūt. quia sicut Adā à demone victo, victi oēs sumus: & ita Angeli facti sunt, velut hostes gñris humani peccātis. (ppter ea. n. armati sunt rōphea flāmanti, quasi cū hominib' pugnaturi) ita cū Christ' vicit: vicimus nos oēs in ipso. Ablatū ergo odiū est cōtra subactos. & in signū recōciliationis, hi q' rompheam igneā cōtra nos in Adā strinxerāt, ministeria sua sponte nobis offerūt in Christo. Accesserūt igitur Angeli & ministrabāt ei. nō dixit in quo ministrabant. Primū vt intelligant victores, qd' in omnib' necessariis & opportunis sentiant Angelicū ministeriū. Secundò credo qd' Angeli ministrarūt Christo abducētes eū à pinaculo tēpli. (hęc .n. fuit postrematētatio) & deducētes eū in locū planū & amēnū, ibi forsā cibos ei ministrarūt? Ac demū in suam ciuitatē Nazareth reducerūt.

Psal. 90.

Genes. 3.

**Cum autem audisset Iesus.**

**CVM autē audisset Iesus, q' Ioannes.** Multa figurasse Ioannē, memor sum me dixisse, supra. c. 2. Ex quibus tria p̄cipua sunt. Primū significat Ioānes totū statū legis, vt Augustin' fuit autor. ex hac significatione prim' oritur sensus, Quòd toto statu legis tradito sub manu Herodis, regis .s. gentilis: cœpit Christus munus suū peragere, Ita n. locus ille p̄tritus clamat: nō auferetur sceptrū de Iuda, donec mittēdus veniat. at cū Ioānes incarceratur, occidēdus sub manu Herodis alieni regis: significatur status legis iā ligatus, & breui à gētilitate occidēdus. Cū igitur hic status legis carceres ingreditur: Christus velut sp̄sus è thalamo egreditur. Quia necesse fuit vt in carcerata lege, & dignitate p̄tifica, simul & dignitate ciuili (in carceratis. s. & morituris) legis etiā & Sacerdotij translatio fieret. Sicq; transferretur è Iudēa in Galileā: è Ioāne in Christū, è legis statu in gratiē misericordiā. Secundò si Ioānes significet gratiā: miserabile dictū est, q' erat Dei gratia, ante Christi p̄dicationē, in carceres cōiecta. Certū est ex Paulo, qd' peccatores veritatē Dei in iniustitia detinēt. id est Deus ipse peccatorib' ostēdit veritatē, & virtutem: nec ostendit modo: sed etiam efficit: vt ipsa veritas acriter eos impellat, excitet, & vellicet. (vt enim diabolus mittit

*Baptista qui sum rerum ty P. 9.*

Genes. 49.

Psal. 18.

Hebre. 7.

Roman 1.



2. Theff. 2. in homines operationē erroris: ita & Deus operationem & efficaciam veritatis & gratiæ) hanc gratiæ, vim efficaciam, & impulsū (magno suo malo) peccatores in sua iniustitia, velut equū currere gestientem, vinculis cohibēt. talis erat rerū facies. ante Christi publicā p̄dicationē. veritas, virtusq; Dei) q̄ Deus ab hominis ortu, & post liberi vsū arbitrii, hominibus infundit) in carceres iniustitię cōiecta erāt. erat ergo in carcere Ioānes nō potuit verò, pius ille Dñs gemitus cōpeditōrū cōtēnere, venit igitur solvere cōpeditos, filiosq; interēptōrū. ¶ Tertiò si Ioānes ōniū hominū gerat vicē. (siquidē quid habemus qd̄ non acceperimus? Gratia. n. Dei, sumus, qd̄ sumus.) significabitur: qd̄, quo tēpore Dñs publicē cōepit p̄dicare, eo oēs homines traditi erāt seculari, nō spirituali potestati. erāt sub iugo impiissimi Pharaonis: sub sceptro exactoris rigidissimi: sub imperio Nabuchodonosor: demū erant sub imperio principis mūdi, & principis tenebrarū harū. An verò nō erat decentissimū, Christū tūc maximē occurrere labēti seculo, cum fortis armatus pacatius possidebat atriū suum? Rectē ergo dicitur, cum Ioannes traditur vinculis, tūc ostēsum esse, qd̄ verbū Dei nō erat alligatū. Sed quid est, qd̄ dicitur: *Secessit in Galileam. & relicta Nazareth. habitauit in Capernaum. ciuitate maritima in finibus Zabulon.* Vbi quatuor occurrunt cōsideranda. Prius cur secessit i Galileā, relicta Iudęa? Huius prior causa est. vt iā vel ex tūc significaret, Iudęa deserendā: gētes verò (quib⁹ maximē habitabatur Galilea) recipiendas. Altera causa fuit, quia vehementer indoluit Dñs, suū p̄conē, Baptistā, & paranyphū, in Iudęa incarcerari, & tam malē tractari. licet. n. multas tribulationes patiatur Dñs super iustos suos venire, non tamē gaudet de eorum dolore: sed se tangi in pupillis asseuerat, igitur Iudęa tantī facinoris receptricē deserit, venitq; in Galileā. Tertia causa: quia vt iam dictum est, voluebatur Lex, Sacerdotium, & principatus ē Iudęis in Gentes, ideo merito discedit Dominus in Galileam, quæ reuolutionem & transmigrationem significat. ¶ Sequitur verò. 2. consideratio: Quid causę est, quod veniens Galileam, relinquit Nazareth, quæ puerum aluit? An non erat dignum eam primò p̄dicatione honorari, quę primò vitales auras Christo cōcesserat? Respondeo. Imo verò, fugienda fuit Nazareth, ne in negocio Evangelico terra aliquid iuris putet habere. vt enim Dominus interpellanti, quod eius mater ac fratres adessent, respondit: qui sunt fratres mei? Et virgini Sacrę vinum in nuptiis petenti, respondit quid mihi & tibi mulier? Nihil seculū habet iuris in Evangelico ministerio: ita Nazareth ex postulanti, cur non publica p̄dicatio in se incepta est? Responsum putet: Quid mihi, & tibi? ¶ Secundò notatur: P̄dicatorem Euāgelicum, qui publicē p̄dicaturus est, non florentem requiri (florens enim explicatur Nazareth) sed maturum: non adolescentē in virtutibus, & doctrina, sed grauem & planē virum. Apostolus

Timotheo dicit: Nemo adolescentiam tuam con- 1. Tim. 4. temnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate &c. Ac si diceret. licet etate florens sis, grauem tamen te exhibe- to, ne contemnaris. Quòd si roges, quā gra- uem? Id tantulum, vt exemplum sis fidelium. planē nihil poterat maius requiri. ¶ Tertiò no- tatur: Quòd Christus habitans in Nazareth, fuit flos habitans in florente. (vt suprā in fine cap. 2. dictum est.) At homines non expetunt flores, sed requirunt florum fructus. Vt ergo Domi- nus ostendat, se non iam florē solum esse: sed expectatos tantis temporibus fructus, iam se proferre: ideo relinquit floridā Nazareth. pul- cher igitur Dominus in Nazareth: sed pulcher, utilis, & suavis relicta Nazareth. in Cantis di- citur, Videamus, si vinea nostra floruit. addit. & si flores dederunt fructus quid enim prodest flo- rere, sine fructu? Igitur Dominus ne videatur incassum orasse, in cassum laborasse, dū in Naza- reth nutriebatur: flores orationis & contempla- tionis iam maturuisse, & in fructus prorupisse demonstrat. ¶ Sed vrget tertia consideratio: cur venit in Capernaū, ciuitatem maritimam? Certē ciuitates maritimę, eę sunt quę maximē vitorū & sanctitate, & doctrinę egent. cum enim ad eas, merces ex alienis regionibus comportentur, si- mul cum mercibus comportantur & mores. ex- teri ergo mores, mores patrios (si qui boni sunt) corrumpunt. nullę igitur ciuitates corruptiores, (sicut nec ditiores,) quā maritimę. Ideo Do- minus exclamat: Ertu Capernaum, vsque ad cælū (videlicet ex opulentia) exaltaris. sed vsq; ad infernū (propter pditos tuos mores) detra- heris. ¶ Sed quarta consideratio est: cur tam dili- genter ea vrbs describatur? Nomen, scilicet Ca- pernaum: conditio, scilicet maritima: situs, scili- cet in finibus Zabulon, & Nephtalin? Respon- deo. quòd iudicio meo, in orbe toto, aut certē in iudeorum principatu, nulla terra corruptior erat, quā Zabulonis & Nephtali, & in his tribu- bus, corruptissima ciuitas erat Capernaum. Cō- iecturę quę me ad id mouent, hęc sunt. certū est hanc terram plenam fuisse gentilibus: a paucis enim Iudęis tribus illę incolebantur. & ij ipsi Iu- dęi tribuum illarum habitatores, cum gētilibus, nec Deum verum vnicē colebant, nec idola se- ctābātur solum sed partim credebant in Deum, parti sequebantur Idola. id verò scelus est sum- mum. est enim apostasia & hēresis, post Deū ve- rum semel admissum, alios Deos colere. & est summa Dei iniuria, eum inter ceteros Deos cō- putare. aut certē tam malignē de Deo sentire, vt ipse sine reliquis Diis non sufficere credatur. Erat ergo, illa regio, hominum hēreticorum. Porro cum eadem regio proxima sit mari, & Iordani: necesse erat, corruptissimis morib⁹ esse. Abūdabat ergo misera illa terra delictis, inque summis. Hęc demū fuit causa cur Christus in tri- bub⁹ illis, primū publicē voluerit p̄dicare. vt videlicet, vbi abūdauit delictū, super abundaret & gratia, vtque verē Christi p̄dicatio esset

ex gratia



ex gratia: nō ex meritis eorū quibus prædicabat. Et amor Dei erga homines micantissimus, ibi maiorem haberet laudem, vbi eum minus homines promerebantur. Quis verò non amet, & ardeat Deum tam amantem: qui ibi amare non horret, vbi minus amari se sentit? Quod iam erit peccatus, peccatis adeo squallens & horridū: quod de Dei misericordia desperet, vbi videt Deum, sordes illas minime horruisse? Rectè igitur in Capernaum, & Galilea, prouincia longè perditissima, Christus primum remedij sui diuitias ostendere cœpit. Vnde Zabulon significat habitatorem. Nephtali peruersum. in ipsis nominibus ergo, Dominus charitatis suæ flammam demonstrauit. Longe enim debet esse nomen, & res habitatoris ab homine, qui viatoris & rem & nomen habere debet. dictum enim est: ve habitantibus in terra. ac si dicat vñ Zabuloni. Cui igitur Apocalypsis intonauit, ve, illi Dominus amoris sui ignem detexit. iam si Nephtalim significat peruersum, & Dominus odit omnes operantes iniquitatem (neque enim est Deus volens iniquitatem) an non summè magnificus fuit, inter peruersos & iniquos suos spargens amores? Sed ne fatigeris lector audiens cur tam minutim dictum sit quod Dominus prædicauerit primum in terra Zabulon, & Nephtali: dicitur enim Genesis 49. Nephtali, ceruus emissus dans eloquia pulchritudinis. quasi dicat. In Nephtali repertus est ceruus ille, è cœlo demissus (Christus enim cerua est matutina) qui ceruus non eloquia daret terribilia, sicut olim solebat Deus. dictum enim erat quod Deus erat terribilis, auferens spiritum principum terribilis apud reges terræ. at nunc non eloquia dat timoris, sed eloquia pulcherrima scilicet Euangelij, gratiæ, regni, pacis. Rursum Deuteronom. 33. Cum Moses benedicit vniuersis tribubus, Zabuloni dicit: lætare in exitu tuo. & Nephtali, abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini, mare & meridiè possidebit. Prophetia vtraque impletur eum prædicat in his tribubus Dominus. Tunc enim Zabulonius homines ad Christū conuersi, lætati sunt sicut in Actis dicitur, de conuersis in Samaria, à Philippo. quod factum est gaudium magnum in ciuitate Samarię: ita & lætati sunt viri tribus Zabulonius: maximè qui in exitu & finibus habitabant, iuxta mare. Tunc Nephtalini homines abundantia pleni fuerunt prædicationis, sanitatum & gratiarum. vt igitur has prophetias impleret Dominus in his ciuitatibus, & tribubus prædicauit. Occurrit tamen longe difficilior cogitatio, ex Matheo dicente: prædicasse Dominum in hac regione, vt impleatur dictum Iſaie. scilicet. Primo tempore alleuiata est. &c. Quæ verba authores volunt ad deuastationes eius regionis referri, non ad Christi, in ea prædicationem. Ego verò tenacissimè hæreo verbis Matheï. Et credo hunc esse natium huius loci sensum. Primo tempore, sub Dauide & Salomo-

ne, leuis facta est regio Zabulonius & Nephtali: quia colebatur in ea Dominus, erantque in ea viri pij, qui non erant graui corde, diligentes mendacium, & querentes vanitatem. At nouissimo tempore, in plenitudine seculorum, cum iam erat moritura lex, & legalia: tunc regio illa aggrauata est. Queris quomodo aggrauata est? Certè, quia populus ambulabat in tenebris, neque id modo, sed in vmbra mortis. Et quia hæc penetrare, vehementer aperit hominibus, Dei sui dignationem, ideo patienter feres me lector huic loco diutius hærentem. ¶ Quid igitur est populum ambulare in tenebris, & sedere in vmbra mortis? Principio. hominum vita, quæ secularis est, id primum tractat, versat, atque reuersat: vt felicitatē temporalem assequatur. licet technis, & malis artibus eam sibi comparet. hoc igitur moueri, conari, contendere vt opes habeant, etiam iniuste, hoc est ambulare in tenebris. Cū verò felicitatem secularem quis nactus est, etiā iniuste: si sibi iam quiescit, si dicit animæ suæ vt quiescat (habet enim bona in multos annos parata,) hoc est, sedere in vmbra mortis. felicitas enim secularis lux videtur esse. at quia lux est maligna, & obscura, & ad miseras perducens (vt Iacobus dicit (ideo vmbra mortis est. Is ergo erat status gentis illarum tribuum. toti inhiabant opibus acquirendis: aut eis, licet iniustis, possidendis. nihil erat ibi de Deo. ¶ Secundo & profundius. is qui malè quidem facit, sed dolet, pūgitur, & male factorum consciencia tristatur, is in tenebris est: sed nō dum sedit, ambulat adhuc. Porro qui lætatur cū malè fecerit, is iam in vmbra mortis sedet: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, nec stetit, nec sedit. o verò verè miserum qui in via peccati stetit, aut iam in ea sedet. At tales erant tribus illæ. quidam enim illorum ambulabant in peccatis suis, bona verò pars iam sedebat in eis. & hoc sedere in peccatis, planè est mortis vmbra & inferni qui enim compungitur cum peccat: vmbra vitæ habet. at qui in profundum malorum venit, & contēnit: is in vmbra inferni est, vbi nunquam verè de peccatis dolent qui peccarunt. ¶ Tertio: Sicut apud Deum est fons vitæ, ex qua vita deriuatur ad nos: non vita lucens, sed vmbra quædam vitæ: nec enim terra nostra, est terra viuentium: sed eorum qui vmbra & imaginem vitæ habent. Deriuatur igitur ex illa vita plena, vita quædam diminuta: ita vt cū vita illa, quædam continuationem videatur habere, & vnam reddere vitam: ita in principe demoniorum, qui est princeps tenebrarū, fons est obscuritatis & vmbra. ex qua vmbra mortis velut deriuatur in peccatores. idque maximè fit, cum securos nos in peccatis facit. Populus igitur ille Zabulonius habitabat in vmbra principis demoniorum, nihil habens cū cœlo commune: nihil illi cum vita participatus. ¶ Quarto: Non est hominum ambulare in tenebris. dictum enim est: posuisti tenebras: & facta est nox

Psal. 41

Galat. 4.

Luce 12.

Iacobi. 3.

Prouer. 2.

Psal. 11.

Prouer. 18.

Psal. 39.

Psal. 141.

Ephes. 6.

Psal. 141.

Psal. 141.

Psal. 141.

Psal. 141.



P sal. 103. est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestia syl-  
 uar. ortus est Sol: & exhibit ho ad operatione sua.  
 Cum ergo hic dicitur, quod populus Galilee  
 ambulabat in tenebris, quid aliud intelligis, nisi  
 populum bestialiter viuentem, non humane?  
 ¶ Quinto: Dicitur apud Isaiam: fecimus pactum  
 cum inferno, flagellum inundans cum transie-  
 rit non veniet super nos: quia posuimus men-  
 dacium spem nostram, & mendacio protecti su-  
 mus. Iam qui pactum cum inferno facit, & me-  
 dacio vult protegi: is plane ambulat in vmbra  
 mortis. Sicut enim ambulare in vmbra alarum  
 Dei, est, eius presidio, & fauore protegi: ita &  
 presidio inferni, & mendacio protegi, est in vmbra  
 inferni & mortis, & mendacij ambulare. Igitur  
 qui celo renunciarunt, qui Deo vale dixerunt,  
 quibus non displicet infernus: ij in tenebris &  
 vmbra mortis ambulant. Vide igitur vbi predi-  
 cauerit primo Christus. vbi regnabat infernus,  
 vbi omnino erat obliuio celi. vbi dixerat insi-  
 piens non est Deus. Vbi verba oris eius iniqui-  
 tas & dolus, noluitque intelligere vt bene age-  
 ret. Denique sicut natura parti occurrit infirmio-  
 ri: & sicut nos ignobilioribus partibus nostris  
 abundantiorum honorem circundamus: ita pla-  
 cuit illi, qui fons est omnis pietatis, Solem suum  
 ostendere regioni tenebrosiori: & luce sua il-  
 lustrare, & viuificare eum locum, vbi minor vi-  
 ta & lucis erat spes. ¶ Dices: an non verum est,  
 quod Christus est lux qua illuminat omne ho-  
 minem: quid igitur grande fuit, quod illumina-  
 rit Galileos? Aduerte obsecro te: non dicit Po-  
 pulum qui ambulabat in tenebris illuminatum.  
 sed dicit: Populus qui ambulabat in tenebris vidit  
 luce: & non solum luce, sed & luce magna. nec di-  
 cit: habitantibus in regione mortis lux orta est:  
 sed lux orta est eis. Itaque genti illi non solum  
 sufficienter, sed etiam efficaciter lux orta est, non  
 in gentis iudicium, & condensationem: sed ædi-  
 ficationem & salutem. vidit ergo populus fœ-  
 tentem, vbi iacebat, locum: vidit imminens, in  
 quo erat, periculum: vidit sordentes, quibus sor-  
 debat, culpas: idque lucis magnæ sibi ex ortæ, be-  
 neficio. Plane impij in inferno dicent, viam iu-  
 stitiæ ignorauimus, & sol iustitiæ non fulsit no-  
 bis: plane Sol fulsit, sed non eis, id est, non in  
 eorum commodum. Sed tempus est ex hoc lo-  
 co quamuis ameno, discedere.  
**Exinde** *cepit IESVS predicare.* Vide ob-  
 secro. illustrauit Christus sua nati-  
 uitate ignobilem Bethlehè: (erat enim minima  
 in principibus Iuda,) sua fuga, perditissimam  
 Ægyptum: sua habitatione, vilem Nazarethâ,  
 (quia à Nazareth nihil ferè boni est.) sua tenta-  
 tione desertum, sua prima prædicatione corru-  
 ptissimam Capernaum. Audiamus iam, quid hic  
 predicarit. Pœnitentiam, inquit, agite. Idem præ-  
 dicandi initium quod & Ioannis vt notaretur,  
 Christum nihil præteriturum à lege. Ioannes enim  
 legis vicem gerit: non ergo à lege præteribit iota

vnum. Siquidem idem Christus predicat: quod  
 lex predicabat. Secundò: Sed longe differenter.  
 Lex enim docet, quod vt fiat, non adiuuat. Chri-  
 stus docet facere, & dat facere. ipse enim est qui  
 dat velle & perficere pro bona voluntate. Igitur  
 Ioannes predicat pœnitentiã, sed non dat audi-  
 toribus pœnitentiam. Si verò Christus predicat,  
 dat quod predicat. Tertiò: Fecit ergo Christus  
 cum Ioanne, vt alij opifices: qui in eadem mate-  
 ria, suæ artis ostendunt excessum. fecit quidam ex  
 cera vel ligno pulchrã imaginem, sed mortuã:  
 venit maior artifex, ex eadem materia imaginẽ  
 facit viuentem: an non excelsior opifex? Quar-  
 tò: Docuit etiam Christus hac sua prædicatione,  
 qualis debet esse prædicatoris prædicatio: maximè  
 vbi populus est corruptus, cui prædicaturus est:  
 pœnitentiam agite. nouate vobis nouale, & no-  
 lite serere sup spinas. Quintò: Quod verò Do-  
 minus addidit: Appropinquauit in vos regnum  
 celorum: quadam tenus experiebantur ita esse,  
 qui ipsum audiebant. videbant enim hominum  
 perditorum conuersiones. videbant vitæ præte-  
 ritæ mutationem: afflarise, ferè sentiebant, nouo  
 quodam spiritu: prædicatoris vim & potestatem  
 nouam admirabantur: videbant conuersos, vitã  
 eam viuere, quæ per similis esset vitæ cœlesti. an  
 non id erat appropinquans regnum ferè videre?  
 Sextò: Sed attende. non dicit: Rogate, vt Deus  
 det vobis pœnitentiã. Sed facite: quia iam Deus  
 præsto est pulsans & clamans, & faciens vt aga-  
 tis pœnitentiam.

**Ambulans** *Iesus iuxta mare.* Quid mirum  
 si ambulans iuxta mare, mise-  
 reatur maris: cum ipse sit sumptus de mari? 3. Re-  
 gum 18. dicitur: Quod vidit seruus Eliæ nubecu-  
 lam, velut vestigium hominis, ascendentem è  
 mari. quæ nubecula tantum aquæ dedit, vt ipse  
 Elias dixerit. Iunge currus, sonus enim grandis  
 pluuiæ est. quã pluuiã, ablata est fames, quæ terrã  
 oppresserat. nubecula vt vestigium hominis,  
 Christus est. Vestigium hominis in ea est: quia  
 quod foris videtur, homo est, licet qui non vi-  
 debatur esset Deus. hæc nubes leuis, tantum effu-  
 dit aquæ, id est, venerandæ doctrinæ, vt famem  
 verbi, quæ terram oppresserat, abstulerit. At nu-  
 bes hæc sumpta est de mari, nostræ humanitatis,  
 quid verò mirum si ambulans iuxta nos, si ap-  
 propinquans nobis, nostri maris misereatur?  
 ¶ Sed nota secundò: quantum est, oculis rescon-  
 tueri: ambulans & circumiens, & circumspiciens  
 mare, maris miseriis tangitur: videlicet quia Præ-  
 lati oculis suis suos debent lustrare, vt videant  
 eas afflictiones, quas nisi vidissent, nec credere  
 potuissent. ¶ Et tertiò nota: quod non vnum  
 tantum maris locum, Dominus aspexit: sed am-  
 bulans, inquit, circa mare, ne delicatuli sint  
 Prælati, in suorum visitatione.

¶ Quartò nota: quã efferuebant Domini vi-  
 scera, quã ardebat pectus, cum iuxta mare  
 ambulabat! Videbat pisces letos delectari sub  
 aquis:

Math. 9.

Philip 2.

Ierem. 4.

Math. 7.

Apocah. 3.

Amos. 8.



quis: ac proinde homines letos in suis tenebris & peccatis delectari. videbat pisces huc illuc exire, motari, circumagi: quasi illis, illic summa essent negocia: cum tamen tota illa iactatio nihil utilitatis apportet: ita videbat homines negociosos, non quiescere, non sistere: ac si tractantes seculi negocia, aliquid momentosum tractarent: cum tamen insanias falsas negocietur. videbat pisces minores escam esse maioribus. maioresque, eos ita vorare ac si nihil vorassent: ita considerabat diuites latere in spelunca sua, insidiantes vt rapiant pauperem, & trucident reftos corde. an non hec sat erant vt pectus illud, aliôqui blandissimû, emollirêt? Ita planè emollierunt, adeò vt ex ipso mari, ipsi mari proferret remedium. id enim significat verbum illud, ambulans iuxta mare: non contra, sed iuxta. vt qui apud Deum erat ab æterno immutabilis, nunc esset iuxta mutabile mare, & ambularet, quod indulgentiæ est. sicut & illud, ambulans ad auram post meridiem.

**Vidit** *duos fratres Simonem qui vocatur Petrus & Andream fratrem eius.* Primum nota:

quòd meritò Petrus, id est, Summus Pontifex, vocatur Simon, id est, obediens. licet enim Summus sit Prælatus: ita vt sit omnibus maior, meminerit tamen, se habere Deum superiorem: cui adeò obediturus sit, vt nihil aliud sit, aut nominetur, quàm obediens. Planè reliqui inferiores, ipso nomine obedientiam secum deferunt: quam & ipsa natura inferioribus aduersum maiora demonstrat: & ideo ab inferioribus nihil aliud requiritur, quàm quòd sint *Andrææ*, id est, viriles ad superiorum capeffenda mandata. at à Petro Summo, summa exigitur obedientia. Et quidem videri poterat, Petrus vt Summus, nunquam à calamitatibus attingendus: quòdque non accederet ad eum malum, nec flagellû auderet appropinquare tabernaculo suo: ideoq; mollem sibi vitam poterat polliceri. At ex ipso nomine longè diuersi admonetur euentus. Simon inquit, qui vocatur Petrus, ac si dicas saxus. si saxum es, intellige quòd in te irruent flumina, & flabunt venti. vide firmus sis, ne ruina domus magna fiat. ¶ Secundo nota: Non vocantur tres fratres, sed tantû duo: videlicet, quia vult Christus quòd Petrus amet vehementissimè suos: at amor minor est inter tres, quàm inter duos ideo enim Paulus optabat omnes cœlibes esse: ne amor qui integer in Deum fluere debet, coniugis communionem sit minor. vt ergo summa notetur amicitia, quam Petrus ad subditos habere debet, ipse eligitur cum fratre, & vnico fratre. ¶ Tertio nota: eligitur Petrus cû Andream, vt nouerit Petrus (etiam si Papa sit) se fratrem habere. fratrem inquam, nõ adeò seruû: vnicus est. n. omnibus Pater Deus: qui omne pecus Petri pretioso filij sui sanguine tinxit. ¶ Quòd verò dixit: Vidit Petrum & Andream, mittentes rete in mari: non vacat mysterio. Pri-

mum: laborantes Dominus respicit. quid enim (inquit) statis hîc tota die ociosi. nõ facile Deus ocium hominum deuorat. Secundo: Non despicit Deus laborantes in sordido munere: nõ despicit piscatores: imo nescio quid sit, primum quod respexit Dominus, fuit munus planè vile & fordens, scilicet piscatio. Tertiò: Non dicit, extrahentes rete, aut concludentes pisces: aut vendentes quod expiscauerant. nihil tale: quia Prædicatoris munus, non est extrahere homines è mala sua conuersatione: nec est, multos ad fidem ex infidelitate reuocare: nec est pro piscatura præbendas percipere. Sed est, studio & oratione, & recta conuersatione, verba, velut rete in populum conicere. Deus det incrementû. & sicut nõ desperat piscator, nõ prendens quod optat: ita nec desperet prædicator. Quarto: Non dicit, vidit Petrum mittentem rete: sed Petrum & Andream. vt intelligat Papa, quòd non solus ipse rete prædicationis mittere potest in mare: sed eget suorum subditorum subsidio. imo nec decreta Ecclesiastica solus sine fratrum consilio condere debet, nisi præsumptuosus esse velit. ne ergo dicat oculus manibus, aut pedibus: nõ estis mihi necessarij sine manibus, n. & pedibus quid essent oculi? ¶ Porro vbi ait. (*Mittentes rete, erant enim piscatores.*) id primum aduerte: nullû aliud fuisse Petro munus, quàm piscatoris. aliôqui nõ dixisset, erant piscatores: sed dixisset, erant scenofactores, vel telonarij. vt intelligas nullum aliud munus, institutum, aut desiderium precipue debere tangere Prælatum, nisi prædicandi. spiritus inquit Domini super me, quorsum? Nû ad bella gerenda? Num ad cognatos ditandos? minimè. Sed Euâgelizare pauperibus misit me. & Paulus non fert, aliam sibi functionem adscribi, quàm prædicandi. non enim inquit misit me Deus baptizare, sed prædicare. ¶ Secundo aduerte: quòd cum piscatores gens sit planè vilis, planè rudis & ignorâtissima: miraculû est cur hanc sibi gentem delegerit Dominus: gentem, quæ velut terra indigna, ad mare exul aufugit? Cur ergo hos delegit Dominus ad Summum Pontificatum, ad suum consortium, ad munus prædicatorium, & ad ad summas cœli sedes? Huius generalis ratio est. Ne gloriatur omnis caro coram illo. vt non gloriatur Sapiens in Sapiencia sua, neque diues in diuitiis suis, neque fortis in fortitudine sua. Quia Deus ea quæ non sunt elegit, vt ea quæ sunt confundat. vult itaque Deus cor humile: at Sapiencia, & diuitiæ & genus inflant. ¶ Porò specialis in Apostolis ratio fuit, quæ habetur 1. Corint. 4. Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute. & 1. Corint. 2. Non veni ad vos in sublimitate sermonis, aut in Sapiencia verbi. & rursum: sermo meus & prædicatio mea, nõ in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis: sed in doctrina spiritus. Deus igitur in mundû veniens, nouam Rempublicam instruxit: cuius opes & apparamenta, noluit è mundo veteri emendicare.

Psalm. 39.

Psalm. 9.

Ioan. 1.

Genes. 3.

Math. 20.

1. Corin. 1.

1. Corin. 12.

Isaic. 61.

1. Corin. 12.

1. Corin. 1.

Ierem. 9.

1. Corin. 8.

Psalm. 90.

Math. 7.

1. Corin. 7.

Malach. 2.



emendicare, sed quæ à cælo venirent. quodque id constaret hominibus. ideo elegit homines, adeò rudes: vt etiam si vellent, non possent aliquid humanarum opum, rei admiscere diuinæ. vt videlicet fideles qui crederent, Deum esse intelligerent, qui in illis hominibus operaretur. Et ideo vnum ex miraculis vitæ Christianæ fuit: quod pauculi homines, viles, rudes, & nihili, colla mundi presserint, iugumque toti mundo imposuerint. Neque verò Apostoli vocarunt homines ad res faciles & blandas, sed ad difficillimas. vt apertè virtus diuina patèret. Ideo igitur tubæ vacuæ, lagenæ testæ, homines qui non nupserant rebus humanis, hi eliguntur ad prælia Dei. Sed habemus, inquit Paulus: thesaurum in vasis fictilibus: vt virtus sit non ex hominibus, sed ex Deo. Ait ergo illis Dominus.

**Venite** <sup>post me.</sup> Non dixit. manete ibi: aut abeat quiuis, quò voluerit. Sed venite <sup>post me.</sup> si prædicatores esse vos volo, venite post me, in meam imitationem & sequelam.

Aliò qui, quare tu enarras iustitias meas, per os tuum: cum oderis disciplinam, & abieceris sermones meos retrorsum. Quid verò mirum, si piscatur alios, qui intimè sequitur Christum, & familiarissimè cum eo conuersatur? Si mulier fluxû sanguinis patiens, solo Christi tactu sanatur: an non magis sanus erit, & sanare alios poterit, qui nihil aliud versat atque reuersat, præter mundi salutem? qui tangit picem, inquinabitur, qui ergo tangit salutem, sanabitur. venite ergo post me, & faciam vos piscatores hominum. Sanè piscatores nihil ferè habent suum, nisi rete. <sup>ô vt inam</sup> Prædicatores nihil vellent habere suum, nisi verbum diuinum. quod esset eorum meditatio, die ac nocte. Pudet enim me, quod Dauid rex, & cõiugatus, tota die versaret legem Dei: & prædicatores vix diei horam in hac re consumant.

¶ Secundò: Piscatores super exesum lapidem totum diem expectant, vt cadat piscis. Prædicator igitur patienter ferat, si non in rete Domini pisces inciderint. ¶ Tertiò: ferè fit, vt in rete plurima piscium turba cadat nonnunquam. At in his, paucos inuenies grãdiores. qui plures sunt, minutuli sunt: ita Prædicator nouerit, paucos ex barbatis in suum rete casuros. <sup>plebs est quæ</sup> verbum Dei, vt plurimum recipit, quia nõ multi sapientes neque multi nobiles. &c. Et Pharisei dixerunt. num aliquis ex principibus credidit in eum, sed plebs hæc maledicta est. ¶ Quartò: Mahumet & Mahumetani, non piscantur, aut extra mare extrahunt, sed potius in mare ingurgitant. Imo nec Mosaiica institutio extra mare mudi educebat suos cultores. sola vita Christiana, vt quæ cœlestis est & spiritualis piscatores habet, vt mox aperiam. ¶ Quintò: Maximè est adorandus Deus: qui piscandi officium instituit. Quid putas esse piscatorem? Certè alium esse Christum. hoc enim est quod ille dicit: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. me misit cum po-

testate diuina, vt mortuos & sepultos excitare ad vitam. ego mitto vos cum eadem potestate, vt sepultos in aquis, educatis ad vitam. Quid putas esse piscatorem? Homo est, qui homines reddit Deos: qui homines è lacunis & cisternis veteribus, profert in aërem cœlestem. ¶ Vbi sexto: nota. eam fore debere distantiam hominum & Prælatorum: quæ est piscium & piscatorum. Arbitror nunquam iactum futurum cassum, cum ita Prædicator homines, vt piscator pisces excelsit. ¶ Septimò: Sed oboritur tibi dabitatio. nõ rectè Dominum comparasse Prælatos piscatoribus. nam Prælatos hominem quem conuertit, è morte trahit ad vitam, & è sepulchro in auras vitales: at piscator, piscem è vita perducit ad mortem. non est ergo plena similitudo. Sed attende obsecro. Pisces, & cuncta animalia, non eò condita sunt, vt sibi viuerent: imò equus factus est, vt hominem ferat. bos, vt hominis terram proscindat: perdix, vt hominis appetentiam demulceat. Tuncque quodlibet animal felicitatem suam nactum est, cum etiam morte sua, suo hero scilicet homini seruit. Piscis ergo, multo est felicior, si manducetur ab homine, licet breuius suam vitam finiat, quam si aliquãto diutius mortem in aqua differat. Vt igitur felicitas piscis est, in hominem transformari, morteque sua, vitam hominis, (in quem conuersus est) frui: ita felicitas hominum est, non sibi in mundo viuere: sed Christo, qui pro eis mortuus est. felices ergo sunt, quando ab aquis maris extracti, licet moriatur vitæ sensuali, transformati in Christum, vitam gaudent diuinam. Non igitur conquærantur animalia, quæ iubentur à Petro occidi, & manducari. melius enim viuunt in Christo, & Petro, licet mortua, quam viuerent in se, quantumuis viua. Sed progrediamur.

**At illi** <sup>continuo relictis retibus sequenti sunt eum.</sup> Si relictis retibus sequuntur: ergo re-

lictis eis instrumētis, quibus vita paratur. igitur reliquerunt genus illud vitæ. & cum aliud ignorarent, igitur reliquerunt seipsos. non enim erat Petro in procinctu aliud rete. Iam expende quantum sit: vitæ genus (quod tibi ex antiquo parasti,) ad vocem vnam relinquere. Secundò: Sed mirabile est, quod continuo reliquerint, nullo alio expectato. Ita planè. ideo enim serui Dei sunt, sicut Angeli. qui citissimi sunt. Ideo spiritus sanctus venit ad modum vèti, & ad modum ignis, & in figura linguæ: quibus rebus nihil est mobilius, velocius, & facilius. vbi igitur spiritus sanctus venit, facile mouet: continuo facit relinquere cuncta. Eleganter dicit Dauid in Christi persona. Populus quem nõ cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. ac si dicat, ipso puncto quo audiunt, obediunt. & quidem non fuit Dominus huius rei immemor. dixit. nõ ois qui audiuit à Patre meo, & didiscit: venit ad me. simul inquit, ac discit venit ad me. Cuius exemplum Magdalena dedit, quæ licet lachrymis, & dolore

Iudic. 7.

2. Cor. 4.

Psalm. 49.

Math. 9.

Eccli. 13.

Psalm. 1.

Psalm. 118.

1. Cor. 1.

Ioan. 7.

Ioan. 20.

2. Corin. 5.

Act. 10.

Hebr. 1.

Act. 2.

Psalm. 117.

Ioan. 6.



**Ioan. 11.** dolore perfusa: cum tamen audiuit se à Christo vocari statim venit ad locum, vbi Christus erat. Det Christus, vt vocati, eum cunctis relictis sequamur Vnde collige, duplices esse Dei vocationes. priores, efficaces: quibus vocati nunquã resistunt, imo cadunt: velut sagittis acutis percussis: non vbilibet, sed intus in corde. Posteriores sunt communes: quibus quotidie resistimus. De quibus dicitur: Vocauit & tenuistis. &c. ¶ Quod verò dicit relictis retibus, prædicatores admonet: vt si velint, suũ dignè officium ministrare: cuncta retia, cuncta negocia, quibus res seculares solent comparari, relinquunt, abiciunt, & fugiant. horsum enim tendit illud, quod Dominus iussit: vt irent sine baculo, pera & calceamento, & ideo labia prædicatoris calculo igneo mudantur, & in igneis linguis Spūs sanctus datur. vt nihil terrenũ, humano cordi hæreat, quod eo igne non depuretur. nam scriptũ est, eloquia Dñi igne examinata. argentũ igne purgatũ septies.

**Et procedens** *inde vidit alios duos fratres.* Sanè Republica naturalis hominum, fundata est super Adam, & Eua: adeo sibi beneuolentibus, vt propter eã amicitia dictum sit, propter hanc relinquet homo patrẽ, & matrem. Porro Republica Mosaica fundata est, super Aarone & Mose, fratribus, sibi amore coniunctissimis. At Christiana Republica maiore amore copulatur, scilicet super duplici fraternitate, id est, super summa charitate. duplex enim Hebræis est grande nimis. Vt ibi: fiat in me spiritus tuus duplex. & ibi: suscepit duplicia de manu Domini. Sed nota, quod in Simone significatur fides. in Andrea robur. In Ioanne gratia. in Iacobo pugna. ¶ Sed quid est: Quod de Petro dicitur: mittebat rete. de Ioanne, & Iacobo: reficiebant retia sua. Arbitror, auctoritatem prædicandi, & doctrinam sanam docendi, in Petro residere. cuius quia fides non deficiet, ideo non habet quod reficiat. Sed habet quod mittat. Porro quia in aliis, fides rumpi potest: in aliis, morum doctrina, piscium magnorum impetu, nonnunquam laceratur: ideo Ioannes & Iacobus (qui vicem minorum Prælatorum gerunt,) reficere dicuntur retia. ¶ Iam quis non doleat, futurum hinc significari, vt retia Prælatorũ rumpantur: at nos videmus retia rupta: sed non videmus eos qui retia rupta reficiant. Nec, credo, vacat mysterio, quod de Petro dicitur: mittebat rete: de Ioanne verò, & Iacobo: quod reficiebãt retia. Petrus, singulare rete habet: at Ioannes, & Iacobus retia in plurali. videlicet, quia in Petro, id est, in Papa vnica fides est, non dirumpitur: at in aliis Prælati diuersè, imo & falsè fides fuerunt olim: sed si sanè esse debent, in Petri fidem debent reduci. ¶ Nota item: quod Ioannes & Iacobus relinquunt retia & patrẽ. Petrus patrẽ non relinquit. Cuius prior causa est, quia non est æquum Petrum, id est, Papam, tam esse iuuenem vt patrẽ habeat: imo decet, tam esse propectũ

ætate: vt domui suæ præesse cognouerit: vt Ecclesiæ Dei dignè præsidere possit. ad summã præfidentiam summa necessaria est prudentia, quæ non nisi in iam sene esse solet. ¶ Secunda causa videri hæc posset, vt magis reliquisse videatur Petrus, q̃ Ioãnes. Si, n. Ioãnes reliquit retia, reliquit sanè apud patrẽ: sed Petrus omnino rete reliquit. ¶ Quod si Ioanni lector deuotus es, nec pateris plus Petrum Ioanne reliquisse: certè dicendum: quod si Petrus nauiculam reliquit: nauis loco, data est ei gubernada Ecclesia. Si verò Ioannes patrẽ reliquit, patris loco, data est ei virgo beatissima, quæ ei esset mater, quam ipse curaret vt filius. Centuplum igitur acceperunt, & vitam æternam.

**Et circumibat** *Iesus totam Galileam.* Circumibat etiam opidula, & vicos. quia profectò, in locis his exiguis, maior est necessitas doctrine, & eruditionis, quàm in grandioribus locis. vbi homines conciones eructant, quas audiunt. nec est eis finis audiendi, sicut nec iniuriam operandi: semper audientes, & ad scientiam veritatis, nunquam peruenientes. ¶ Secundo ostendit, quàm circumibat Dominus peccatores. Profectò sicut Israël circuiuit Iericho: vt corruerent muri eius: ita circuit Dominus animam peccatricẽ, vt corruat eius duritia. Dauid votum vouit, non se daturũ sibi requiem, donec inueniat locũ Domino: ita vouit Christus in corde suo: non sibi se daturũ quietem, donec inueniret Deo quietem. Quid? Si diabolus circuiuit terrã, & perambulauit eã: vt inueniret, cui noceret: si rursum, circuit querens quem deuoret: quid mirũ si pius Deus longanimis, & multus ad ignoscendum, querat, & circumeat: querens quẽ saluet? Euertit ergo totam domũ, vt drachmam perditam inueniat. est Ioseph, qui per agros ambulat, fratres suos querens. est mater quæ, iuxta languentem filiam, nõ cessat lectũ circuire: vt capiti, corpori, & pedibus opem ferat. Denique bonus Dominus, qui sepè forum circuit, mane, ad tertiam, sextam, & reliquas horas: vt ex ociosis, laborantes reddat. Quàm ergo parum sibi indulget rex, & legifet noster. Quæ igitur te vicit clementia? Vt adeò diligeres me, vt dares te ipsum pro me? ¶ Porro circundans Galileam, docebat, & prædicabat, vt impleretur verbum promissum: oculi inquit tui videbunt doctorem tuũ, & aures tuæ audient verbum post tergum mouentis & dicentis, hæc est via. &c. Sed quis vnquam credidisset, quod Deus inter homines videretur, & homines doceret. Angelos inferiores docent, qui sunt superiores: cur non etiam Angeli infimi docuerunt homines? An non erat id consonum nature Angelicæ: consonum etiam dignitati humane? Cur Deus ipse venit, & docuit nos? Nec verò sic obediunt eius præceptis, quid futurum credis, si ipse non docuisset? O Dei benignitatem! O hominum perniciam!

¶ Iam



¶ Iam verò id distat inter docere, & predicare. predicatoris est, inflammare animos auditorum etiam si, non eos vehementer erudiat. doctoris verò est illuminare audientes: etiam si eos non vehementer inflammet. vterq; planè illuminat, & mouet. Sed predicatoris est, mouere affectu: doctoris est, illustrare intellectum. Vtrumque Christus egregiè prestabat: vt qui sciebat.

¶ At quod dicit: predicans Euangelium regni, notat nūquam eatenus Euangelium regni predicatum: notum erat sanè quibusdam Iudeis regnū cœlorū. Nā Dauid dixit, nō relinques animā meā in inferno: nec da. s. tuū v. co. notas mihi fecisti vias vitę, ad implebis me lætitia cum vultu tuo. delectationes in dextra tua in finem. & Tobias inquit: Eleemosina liberat ab omni peccato, & non patitur animam ire in tenebras. & nescio an idem nouerit Balaam, cum dixit, moriatur anima mea morte iustorum. Notum igitur erat regnum cœli, sed nunquam predicatum Dices: an non Ioannes predicauerat regnū cœli? Ita quidem, verba illa dixit, appropinquauit regnum Dei. Sed cum Euangelica predicatio, non solum doceat gratiam, sed etiam prestet, planè vsque ad Christum, non predicabatur Euangelium: quia ex lege non prestabatur gratia. Lex enim per Mosem data est: sed gratia, & veritas per Christum facta est. Porro predicatio Euangelica hæc est: age pœnitentiā, accipe cœlum, ac si dicat, aperi os tuum, & implebo illud. Quā re tandem implebis Domine? Appropinquauit cœlum, aperi os tuum, vide si cœlos deglutire poteris.

**Et sanans** *omnem languorem & infirmitatem in populo.* Mihi non est dubium quin Dominus in principio: quorum sanabat corpora, sanabat & animas. iam quantum gaudium esset in ciuitate: cū se homines sanos conspicerent intus, & extra? feruebat tunc regio illa languoribus corporis: ita enim ordinauerat Sapientia Dei, vt tempore, quo Summus medicus veniebat, multiplicatissimi essent languores, vt multiplicatissima fieret sanitas. languabant omnes, sanabantur omnes. gaudebant omnes: & ipse Dominus lætabatur in factura sua. Sed heu, multiplicasti gentem, at non magnificasti lætitiā. breui futurū est, vt relabatur qui curati sunt. ¶ Secundò nota: Quòd dicit textus, sanans omnem languorem in populo. at populus solet accipi pro plebecula, pro hominibus popularibus. nam Senatus distinguitur à populo. Igitur sanabat Dominus frequentius languores hominum pauperum, eosque sepius conuertebat: vt impleretur dictum Psalmi: Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. ¶ Tertiò nota: Quòd si sanat omnem languorem, sanabit etiam eum quem natura sanare nequibat: igitur superior est quàm tota natura

igitur Deus est. Si enim Deus nō est: quomodo potest magis quàm tota natura? ¶ Sed non libet filere, cur dicat textus: Docens in synagogis, sanans in populo: cum autem dicit, predicans Euangelium regni, non dicit, vbi predicabat. Respondeo, sine dubio, doctrina Christiana docenda est (si fieri potest) in synagoga, id est, in loco, quò conuenit populus ad orandum. Vt enim in locis cōsecratis Deus specialiter audit orantes: ita & specialiter promouet doctores. Porro Christus non dicitur, vbi Euangelium regni predicabat. quomodo enim diceretur, si quidem ipse volebat, suum Euangelium predicari omni creaturę. non ergo alicui loco adstringitur, quod cuius predicari iubetur. Sanè omnis creatura reuelationem filiorum Dei parturit, ingemiscit & expectat. At Euangelium dicit: breui eam futuram, futurumque vt vniuersa creatura liberetur à seruitute corruptionis, asseraturque in libertatem filiorū. Demum quòd languores sanantur in populo: cōsonat ei quod Paulus dicit: Signa data esse infidelibus. ideo non in loco fiunt fidelium, id est, in Synagogis: sed in loco publico fidelibus & infidelibus, id est, in plateis, & populi frequentia.

**Et abiit** *opinio eius in totā Syriam.* Quid mirum, si in Syriam eius fama abierit, cum in omnem terram exierit sonus eorum? Mirabile nō est, si magistri fama in particulam terrę processerit: cum in omnem terram, discipulorum fama prodierit. Abiit ergo fama Domini, in multo plures regiones: At non delectatur Christus gloria vana. sed ea sola, illi gloria placet, vnde aliquid cōmodi hominibus dimanat. Quia igitur ex tota Syria veniebant, qui Christum audirent, & ab eo sanarētur, ideo illū hæc fama delectauit. Item fama Christi non venientibus ad eum: iudicium fuit, & condemnatio. At noluit Dominus ea fama lætari, in suę predicationis initiis, quæ condemnationis causa fuerit. Saluare enim veniebat non condemnare.

**Et obtulerunt** *ei omnes malè habentes.* Deus bone, quid id tandem? Cum reges de nouo intrant ciuitates: offerunt eis aurum, argentum, gemmę, odoramenta, & quicquid pretiosum est. Porro omne sordidum, foetens, & horrens, fugatur in regis ingressu. Quid igitur nouo nostro regi, sordidi, foetentes, & horridi homines offeruntur? Egregiam sanè oblationem, suo regi homines offerunt, pus & saniē: maciem & pallorem, & demum languores, qui sunt mortis imago. Sed quid aliud offerre homines possumus? Quid enim aliud nos habemus? Mater nostra putredo est: Soror nostra vermes. at profectò parum erat Christo, solos morbos offerre corporales, non hi illi adeò foetent vehementer. At si simul cum languoribus corporis, languores etiam animæ offerantur, hi sunt qui Christo vehementissimè displicent. Verum hæc sunt hominum opes, hi sunt

Psal. 15.

Tob. 4.

Nume. 23.

Ioan. 1.  
Math. 3.

Psal. 80.

Psal. 103.  
Isa. 9.

Psal. 71

Marci.  
vltimo.

Roma. 8.

Ibidem.

1 Cor. 14.

Psal. 18.

Ioan. 3.

Iob. 17.

Ioan. 11.

eorum



eorum thesauri. Id Christo humana mortalitas offert. Imo, & id sibi cupit Christus offerri, vbi. f. poam sapientiam suam & bonitatem ostendat. Certum enim est cupere medicum, si doctus est, clamatum sibi egrotum offerri: vbi artis sue arcana profundere possit. Vide verò quam cupiat hęc sibi offerri: quando ea ipse requirit, & cum inuenit: in hęc exultationis verba prorumpit: congratulamini mihi: quia ouem quam perdideram, inueni. Itaque, gaudet Christus huiusmodi oblatione, vt in ea locum Dño faciat, & tabernaculum Deo Iacob. Gaudet rursus, vt tam diuite spolio diabolus spoliatur. Gaudet demum, vt hominis tam extremę miserię succurat: nam ita miserię occurrēs humane, totum mundum reparat, quę, hominis culpa labefactauerat. ¶ Sed quid Domine has oblationes suscipis, cur infirmos hos, saniosos, & leprosos recipis? caue, ne eorum tibi contagiosa hereditas infirmitas. An tantus te vicit amor, vt nec lepram horum, quos diligis infirmorum, refugias? Sanè leprosus propter nos factus est. Nos enim inquit, reputauimus eum leprosum, & c. Leprosam inquam nostra illi hereditas, pœnę verò: non culpę. ¶ Nota, quod dicit, obtulerunt ei omnes male habentes. Omnes inquit, nullum genus morbi exceptum est, quod Christo oblatum non sit. Quid ergo territaris, cum peccata tua multa trepidus spectas? Oblata sunt Christo peccata, & languores tui, curauit ille morbos tuos: Tu crede & pœnitentiam age, frue reque, opibus quas tibi Christus parauit. ¶ Nec te pretereat, Quod cum Christus esset pauper: & ex alia parte, omnem languorem sanaret: facile sibi fuisset ditari, si sicut reliqui homines, cupidus fuisset. At si non concupiscebat, maior est homine, aliquid in eo Diuinitatis relucet. ¶ Interim animaduerto, quam redderet homines attonitos, tam nouum genus medendi: tam facile, tam imperiosę, nihil enim aliud dicebat. quam, mundus esto: respice, & similia. Quis igitur non suspicaretur Deum illum esse? Certę prestat, quod promiserat. Promiserat facturum se mirabilia adeo noua, vt veterum obliuiscerentur, en prestat. Iam si in porticibus piscine iacebat multitudo tanta infirmorum, annuam angeli motionem expectas: quanta vis languentium sequebatur Christum, tam facile sanantem? Sequebatur etiam eum multitudo populi audiens eum: qui verba vite habebat: qui loquebatur in potestate, de quo dictum est, nunquam sic loquutus est homo: in cuius labijs diffusa erat gratia: quiq; habebat linguam eruditam, ¶ Et vt paulo antę dicebam, prouidentia Domini ita factum est. Vt quia tunc vehementissimę abundabat delictum: ita & abundarent languores, qui propter delictum in mundum introierunt. At radiante vera sanctitate, in quã dolus non fuit: venienteq; agno, qui erat ablaturus peccata mundi: vt debebat oia peccata: ita & aufererat oes infirmitates. Demum quod dicit: Sanabat omnes infirmos, varijs languoribus,

bus, & tormētis comprehensos, notauit textus eos morbos, qui natura immedicabiles sunt. Nā qui vnico morbo vexatur: videtur natura, in eo bello habere posse victoriam. At cum nature cōflictandum est cum varijs morbis: ibi & nature vires, & medicorum artem, parū posse prodesse, manifestum est. Iam vbi nature robur adhuc valet, spes est salutis: sed cum tormēta, & dolores naturam tenent comprehensam: tunc salus desperatur. Id notauit Mathęus cum dixit, Tormētis comprehensos: i. doloribus victos, & in quibus natura dolori succubuit. Iam lunatici, paralitici, demoniaci à remedio fugerūt. Hęc ergo mala tam incurabilia, curabat Dominus, vt intelligas, si curat quę curari nequeūt, curabit, & quę curam patiuntur. Et licet non nihil me pudeat explicare, qui sint hi, quos sanauit Dominus: dicam tamen: lectori facultas erit nostra reiiciendi, si non placuerint: & meliora venadi, quę placeāt. ¶ Prior, quę mihi occurrit explicatio, hęc est. Varijs languoribus cōprehensi sunt, quos diuersa, eaq; contraria vicia subegerunt. videas hominē ad diuina deiectum: ac rem ad humana. Prodigum ad edendum, & ludendum: tenacem ad miserendum, & tribuendum. Patientissimum ad labores, quibus humana comparatur: impatientissimum ad labores, quibus animo commodatur. An nō hic tibi videtur varijs morbis languere: inuenias horum plerosq; in magnatibus. Cum igitur horum sanitas ferē sit prodigiosa, merito de ea specialis sit mētio. ¶ Secundo, tormentis comprehensi, sunt illi qui à doloribus animi opprimuntur: quiq; in doloribus, ferē sunt submersi, & imbibiti. Tales sunt multi scrupulosi: quos scrupulorum afflictio, velut tenet attonitos, & sine iudicio, sunt & multi, quos iactura temporalium, & etiam spiritualium rerū, ita torquet: vt nemo tantum torqueatur à doloribus corporis. Cum verò Christus his hilaritatem, cœlumq; prestat serenum, res est admiranda. ¶ Tertio demoniaci sunt, quos furie tentationū exagitant: & velut cogunt, vt malę faciāt. Monachus ille exemplo sit, qui cum iam antiquus esset, & veteranus miles: at ab ignibus carnalium tentationū inflammatus, non se continebat: nec continisset, nisi Macarius ille sanctus, adiutricem manum porrexisset. An non tibi res magnificentissima videtur: pacem, & refrigerationem assequi in tam vehementibus flammis? ¶ Quarto, lunatici sunt, qui fortuna mediocri, sapiunt, ac sani sunt: at cū fortuna superior est, (velut luna auctiore) desipiunt, ac stultescunt. Facile siquidem est, in mediocritate hominem esse probum: quā verò difficile est, in abundantia seruare probitatem? & ideo prope miraculum est, quum homo post aurum non abiit, nec confidit in pecunię thesauris. Sed quis est hic? & laudabimus eum. ¶ Quinto, paralitici sunt, qui ex animi deiectione, & tristitia ad nihil probe agendum, vires & neruos habent.

Exemplo

Luce. 15.

Psal. 137.  
Luce. 11.

Isaic. 53.

Luce. 5.  
Luce. 14.

Isaic. 65.

Ioan. 5.

Ioan. 6.  
Math. 7.  
Psal. 44.  
Isaic. 50.

Roma. 5.

Isaic. 53.

Ioan. 1.

Math. 19.

Eccli. 31.



## CAPVT. V.

## Vidēs Iesus turbas ascendit.

Leui. 10.

Exemplo sit Aaron, qui exultis suis duobus filijs, Nadab, & Abiū, despondit animū, & interrogatus à Mose: cur Domino non sacrificasset? respondit, quomodo poteram Deo sacrificium offerre, cum essem mente lugubri? & quidem Diuina manus demonstratur, cum adeò torpens animus erigitur: & (velut Iacob audito quòd ueret Ioseph) è graui somno euigilat. Hæc igitur quinque languorum genera recensentur, ut in quibus natura parum aut nihil potest. Aut certè cum vigorem, & sanitatè prestare nequit: quem Deus prestare ita, languentibus solet.

Genes. 45.

¶ Quòd si ad peccata capitalia lubeat hos languores reducere: age tentemus viam. Primū Auari sunt, qui varijs morbis vexantur. dictum siquidem est, cupiditas est radix omnium malorum, Ergo erit fons multorum languorum. Iracundi, & hi qui odijs ardent: hi sunt à tormētis comprehensi: imo furijs, & rabie videntur agitari: ac velut ex dolore perdidisse iudicium. Demoniaci, apertè sunt superbie. It enim demon rex super omnes filios superbiæ. Sicut enim christiani sunt humiles, dictum enim est, discite à me: quia mitis sum & humilis: ita & demoniaci sunt, qui superbi sunt. Primus enim ager, ubi nata, & nutrita superbia est, fuit demon. Lunatici sunt inuidi, qui de aliena prosperitate tristantur: sicut & lunatici, luna magis lucente, desipiunt, facile enim est inuidio, sibi æquales tolerare, at si luna crescit, rabidi sunt, & stulti. Qui languor nō modo peccatores maculat: sed etiam iustos.

1. Timo. 6.

cum s. Zelantur, pacem peccatorū vidētes: qui emulantur in malignantibus, & zelantur faciētes iniquitatem. Demum paralitici sunt libidinosi: quibus gula, & acedia subseruit. Nullus enim est tam nervosus animus: quem si libido arripiat, non relaxet. Sit exemplo Dauid Salomō & Samson. Quis credidisset Dauidis sanctimoniam, Salomonis sapientiam, Samsonis robur, laxanda? certè nemo nisi libidinis vires expertus.

Iob. 41.

Math. 21.

¶ Habes igitur lector, quinque genera languorum: quæ Christus specialiter sanauit. Fortasse, hæc sunt quinque iunga bouū, quæ qui emit, excusatur à conuiuio Regis.

Psalm. 72

Psalm. 36.

3. Regū 17.

Iuic. 16.

¶ sunt & fortasse, porticus illi piscine: ubi tanta languentium iacebat multitudo. Sunt etiam forsam, quinque viri Samaritanæ.

Luce. 14.

Ioanis. 5.

Ioanis. 4.

¶

¶



NOTE quàm textum agrediar: libet explicare, quid in hac Concione, tā excelsa, tam sacra, tamq̄, erudita Dñs intendat. In primo igitur capite, docet nouem modos: quibus miseri homines in misera vita miseriam fugiant, & beati efficiantur. Precipit etiam quinque præcepta, cuius christiano seruanda: si infernū euadere cupit. In secundo capite huius concionis, vigilantissimè auocat animum nostrum, ab omni re temporali: idq̄, maximè, ab appetitu vanæ gloriæ, & à sollicitudine victus, & vestitus. In tertio alia. 5. præcepta vitæ christianæ, christianis statuit. ¶ Porro sapientissimè Dominus cœpit concionē suam ab ijs, quibus homines beati esse possint, si velint. Et enim (iuxta Augusti. 10. Confess. c. 70. & de libero ar. li. 1. c. 14. & 19. de Ciuit. c. 1. & sequentibus.) Nemo est, quāuis barbarissimus: qui non beatus esse cupiat. Ipse enim sæculi grūne, cogunt fœlicitatē exoptare. Imo & animus suapte natura cupit esse fœlix. Si enim fœlix Adam fœlicitatem appetijt: cū esset in loco fœlici: quid nos miseri, & in miseriarum abyfso? ¶ Cum ergo beatitudinem cupiant naturaliter omnes, gradis altercatio Philosophis oborta est: quæ tandè esset hæc beatitudo: quàm ita cuncti desiderat? Proceffit in immensum altercatio. Adeò vt ducente octoginta octo super hac tam necessaria quæstione, Philosophorum sententiæ inuenirētur. Author est Marcus Varro, qui eas opiniones collegit: teste Augusti li. 19. de Ciui. c. 1. Deseruit de ea re Plato in Philebo. Et Arist. li. 10. Ethico. Et Cicero. li. de finibus bonorū. Legat qui volet, Diogenē Laertium, & inueniet infinitam, super hac controuersa, opinionum farraginē. Quòd si Philosophi certassent de lana caprina, ferendæ essent tot eorum vanæ sententiæ. Sed quis ferat super re adeò grandi. i. totius generis humani fœlicitate, tam infinitam hominū controuersiam? Planè digito monstrarunt, huius rei veritatem nō ab hominibus posse comparari, sed ab ipso hominum autore. ¶ Miseratus ergo Christus hominum autor, tot hominum errores: in presenti capite, vias docet: quibus verè Beati homines efficiantur: Non est quòd suspicionem falsitatis Christi doctrine inurere possis. Deus est, errare nescit. Suam verò Deitatē ante hanc concionem miraculis editis demonstrauit: & Baptistæ, aliorumq̄, prophetarum testimonijs comprobauit. ¶ Existima igitur, te videre totum genns hominum ante Christi cōspectum: Christumq̄, in monte, quasi è suggestu clamātem.

Genes. 3.



tem. ò mortales si hæcenus anxie, dubie, & false ratione quasistis: qua beati redderemini: En nouem vobis ostendo vias, quibus beati sitis. Utinam quam anxie optatis beatitudinem, tam anxie amplectamini vias, & rationem: qua beati efficiamini. Iam ad textum.

**Videns** IESVS turbas. Erat Christus tam grauibus & cõpositis oculis: adeoq; modeste solebat oculos attollere: vt mira res visa sit, quòd nunc oculos suos extenderit ad turbas prospiciendas. Cumq; eas luminibus suis lustrasset: arbitror non illas solas quas presentes habebat, conspexisse: sed omnes quotquot erant future. Iam quis non videat, quam intima traxerit suspiria: videns infinitos homines cõdendandos: eo quòd hanc doctrinam, quam nunc erat adducturus, non complecterentur? Rursum, cum dictum sit. Oculi Domini super iustos, quate fuit dignationis quòd turbas viderit, vbi multi erant iniusti? Verè enim videns turbas misericordibus oculis eas conspexit. Sed quod me suspensum tenet, id est. Domine quis te cogit videre turbas, & super egenis & pauperibus intelligere? Sat tibi est, quòd videas te: videns enim te, vides omnia bona, quia sunt in te. Videns verò turbas, quid non malorum vides? Auerte ergo oculos tuos, ne videas vanitatem, ne videas iniquitates, & contradictionem in populo. Maxime quia si turbas vides: misereberis turbis, & miserie turbarum apprehendit te. fuge ergo dilecte noster, ne tenebrę apprehendant te. At id circo videt turbas, vt eorum misereatur.

¶ Non verò libet præterire, quòd si Christus ex loco edito videt turbas, videri etiam poterat à turbis, ideo enim animaduersè dictum est: ascendit in montem, vbi. s. ab omnibus videri posset. Vbi iam aduertis discrimen inter Christum, & Mosem. ascendit in montem, legē laturus vterq;: sed Mosem tenebrę ab oculis turbarum eripiunt, caligine enim tectus, legem accepit Moses: & velamine tectus, ne in faciem eius Iudei intenderent, legem tulit. Quo significatum est, legē illam figuris, & caligine tectam fuisse. & rursum, quia legem ferente Mose velato, Deus ferebat etiam ipse velatus: significabatur, quòd lex ad visionem legislatoris afferre nequibat. At cū Christus reuelata facie & videt, & videtur: ostendit & legem suam nudam, planaq; esse: & ad Dei visionem suos obseruatores posse perducere.

**Ascendit** in montem. Signo ostendit, quòd re per totam vitam tractauerat. Certè carnē accepit propter turbas: quas vt doceret: summam perfectionem per totam vitam meditatus est. Tota enim vita Christi talis fuit: vt etiam si imperfectus fuisset, ad verticem perfectionis eum perduxisset. Vt igitur ostenderet sibi nihil deesse perfectionis, in montem conscendit. ¶ Arbitror ego, cum Christus ascendit in montem, memorem fuisse: quòd erat sibi hac via ascendendum in crucem. Sua enim doctrina, in

cuius corroborationem miracula edebat, crucē sibi conciliauit. Videbat igitur, quam addicti deberent esse homines, ei doctrine, pro qua effundendus sanguis erat. ¶ Arbitror etiam grauatè admodum Dominum in hunc montem ascendisse: Significabat enim ascendēs in montē, quòd in dignitatem prædicatoriam, & Magistralem ascenderet. Est verò animo humili grauis admodum omnis in locum honoratum ascensus. Sed si humilitas honorem refugit: obedientia, & amor Patris sui, in montem ascendere iubet. dictum enim est, in capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam. Deus meus vobis, & legem tuam in medio cordis mei, vt annūciem iustitiam tuam in ecclesia magna.

¶ Iam Christus est in monte: in loco omnibus conspicuo. accedat ergo qui eum, aut legem eius arguat de peccato. Quòd si meritò nemo eum arguere potest: quā excusationem afferre poterunt homines, si legem eius, aut non recipiāt, aut receptam violent? ascendit igitur in montem, ostendens probatissimam se legem adferre: in qua omnium hominum oculi, neuum inuenire non possint: & quā si refugiant, excusari nequeant: cum tam claram lucem lippietes oculi sustinere nequiverint. ¶ Porro quia nulla est tam aperta veritas, nullaq; tam probata iustitia, cui hominum malicia non audeat cõtradicere: tu lector intellige, ex quo Christus in montem ascendit, verificatam Simeonis prophetiam. s. quòd Christus positus sit in signum, cui contradicetur. Ponitur signū in loco excelso, en Christus in monee, vbi contradictiones impiorū sustineat. Intelligebat igitur Dominus ex quo in montē ascendit, habiturum se doctrine suę impugnatores, calūniatores, deprauatores: nō solum ex infidelibus, sed ex fidelibus ipsis. Vide quanti ei constitit, hic in montem ascensus. Ascendit tamen.

**Et cum** *sedisset.* Videbitur forsan, tibi, parura quid fecisse Christum, cum post ascensum sedisset. Videbitur enim naturale, post laborem ascensionis, quietem sessione requirere. At longè altius mysterium est. Primum enim indicauit, eos qui in honores, velut in montem, conscendunt: nihil prius debere conari, quā vt sedeant, id est, vt humilitatem sectentur. ò re excelsę, & ideo rarioris eruditionis! ò quam est difficile in honore sedere? verè dictum est, quanto altior es, humilia te in omnibus: & coram Deo inuenies gratiam. Quasi diceret, quanto in celsiorem montem conscenderis, tanto magis sede. non est difficile pauperi, & vili, in suo loco sedere. at honorato & sublimi, semetipsum humiliare, non est adeò facile. Christus verò qui humilitatem vehementer amabat: sicut in die summi honoris sui, asinę insedit, & pullo filio asinę: ita in die summę dignitatis suę, per montem significatę, humilitati studuit: quā sua sessione monstrauit: sicut etiā in die suę summę victorie,

Psal. 33.

Psal. 40.

Psal. 118.

Psal. 54.

Ioanis. 1.

Exdio. 19.

2. Corin. 3.

Hebr. 10.

Psal. 39.

Ioan. 8.

Luce. 2.

Isaic. 55.

Ecclef. 3.

Math. 21.

Math. 27.



rie, cruci affixus est: vt nunquam non humilis videretur. ¶ **Secundò** indicauit, quòd quia iudices sedent cum iudicaturi sunt: ipse hanc legem sedendo tulit. Vt intelligant homines, se per hanc legem iudicandos, non in sacrificijs tuis arguam te, dicit Dominus. in quo igitur arguet? Certè per hanc legem, dictum est enim, quòd spiritu oris sui interficiet impium. Quis verò est hic oris spiritus? nisi hæc sacra lex, à Christi ore procedens, Spiritus sancti inspiratione prolata? **Querant** igitur legum periti suos Vlpianos, Papinianos, & Pomponios, quorù sanctionibus causas diiudicent. At mortalium genus his sacris legibus in illo vnico, & verè tremendo iudicio, à Christo iudicabitur.

¶ **Tertiò** indicauit, hanc legem eternam futuram. Sedere enim eternitatis est. Deus enim in cælo sedes eius, & Christus ad dexteram Patris sedet, & sancti consident Christo: vt Paulus auctor est: quibus significatur firma & æterna felicitatis possessio. Igitur non expectent christiani testamentum aliud, non legem post hanc aliam. Christus sacerdos in eternum, cui dictum est, sede à dextris meis, legem eternam tulit: cui premiù, vel pena reponuntur eterna: Cum contra, Moses legem tulerit temporariam: cui mala, & bona promittebantur, cum tempore transitura.

¶ **Quartò** indicauit, quòd sicut ipse non concitatè, sed quietè legem præscripsit: ita vult: vt qui audituri sunt, non perturbatè sed quietè, ac sensim imbibant quæ illis traduntur præcepta. Ille expensè & libratè legem statuit: vt qui sedebat: tibi fas erit sedendo expendere, meditari, imbibere. Ergo intellige, Christum legem tulisse vehementer examinatum, & tutrinatum: vt qui eam sedendo, non currendo tulerit.

¶ **Quintò** indicauit, se paratissimum consistere, vt doceat cunctos. Sedet, non properat, vt si doceri velis, docere. Quòd si doceri non vis, tua culpa est, non doctoris. Sol Christus illuminas omnem hominem in hunc mundum, non gyrat cælum: vt eundem sit tibi post solem, cū illuminari volueris. in terra sedet, accede ad pedes eius & illuminaberis.

¶ **Sextò**, si per montem significatur ecclesia (vt frequentissimè sanctæ literæ docent) Christus in monte sedens, ostendit: se nobiscum futurum vsq; ad consummationem sæculi. In synagoga non sedebat Dominus, nisi super alas cherubinorum, At cherubini si alas habent: ad volandum, non ad sedendum, habent. Igitur alati cherubini, super quibus erat in templo Dominus significabant, aliquando è templo eum auolaturum. Ideo dixit Psaltes, Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius. nõ ausus dicere, Dominus sedet in templo: at christiani audent dicere, Dominus in cælo & in monte, id est ecclesia, sedes eius.

**Et aperiens** os suum docebat eos. Aperuerat sanè olim os suum Deus, cū

loquebatur Mosi & prophetis, at non integrè aperiebat. Vt qui si dederat præcepta, ea dederit non perfecta, & iudicia in quibus non viuunt. perindè ergo aperuit os suum, ac si non aperuisset, & (si fas est ita loqui.) Loquebatur olim Dominus, ore ferè clauso: vt solent qui frigidum aërem ex ore perflant. Ita Dominus subfrigida olim verba proferebat, id est quæ neminem ad perfectum poterant adducere: nec gratiæ calorem, audientibus ministrare. At nunc aperit os suum ad modum eorum qui calfacere frigida volunt: ita Dominus calfacturus animas nostras, & spiritum, è corde suo in corda nostra datur, os suum aperit.

¶ **Secundo** aperuit os, vt notaret quàm libenter loquebatur. Solent enim qui grauatè loquuntur, vix ora laxare: at qui amanter loquitur, non parcat ori suo. Audi Apostolum dicentem, os nostrum patet ad vos Corinthij, videlicet quia effundebat in eos viscera sua.

¶ **Tertio** aperiens os notauit, quòd simul aperiebat cor, & cælum, & Patris sui pectus, & omnes opes quas cælum catenus clauserat. Ego inquit, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis. Quid est in cælo græde, aut excelsum, nisi verbum Dei: hoc iam per os Christi procedit, & quod Pater in arcano consilio suo, ab eterno concluderat nunc Christo proferente patescit. Et si Apostolus dicit, cupiebamus dare vobis non solum Euangeliù, sed & animas nostras, quia charissimifacti estis nobis: quis nõ videt, aperiens Christo os suum, vt nobis daret Euangelium: optasse eum, etiam suam animam dare, & cum anima reliqua omnia.

¶ **Quarto** aperiens os, docuit quanto honore dignabatur homines, quibus thesauros Euangelij cõmittebat. Interrogat Apostolus, quid amplius est Iudæo, quàm gentili? & respondet. Multum per omnem modum: & primum, inquit, quia credita sunt illis eloquia Dei: Ac si dicat, tanto eos honore Deus prosequutus est, vt sua eis crederet eloquia. Quãto verò superat Euangelium legem: tanto maiori honore dignatus est Dominus christianos, quibus sua secreta, & vitæ verba cõmisit. Aperit ergo os, ac si diceret, ego vobis cõmitto, quæ à meo prodeunt corde: & ideo non nisi summa esse possunt, vos interim suscipite, & qua decet cautela seruate.

**Beati** <sup>pauperes.</sup> Ante quàm singulas beatitudines, exponam: id mihi primo annotandum. Quòd si quis christianus in gratia esse cupit, has omnes beatitudines in præparatione animi habere debet. eum videlicet animum habeat, vt si necesse fuerit paupertatem sectari, mansuetudinem amplecti, & luctum: reliquasque beatitudinum virtutes, eas sectabitur, cunctis rebus contemptis. Et hic gradus est incipiendi. Permittitur ergo cuius, vt opes habeat, vt irascatur, vt leterur, vt terrena ardetius sitiat. Sed nõ permittitur vt in necessitate proximi, suas diues recõdat opes: aut vt frater patri seruet

Ezec. 20. d

Hebræ. 10.

2. Corin. 6.

Ioanis. 8.

1. Thesa. 2.

Roma. 5.



uet irā, aut quodd nō pl<sup>9</sup> estimet, & appetiet (vt scholasticè loquar) cœlestia, quā̄m terrena. Habes ergo primum vitę christianę gradum.

¶ Iam si progressus eiusdem vitę noscē cupis, in ipso beatitudinum progressu consistere scito.

Primum enim cum animus malus ad Deum cōuertitur, omnia temporalia commoda incipit contēnere. Sicut Petrus & Andreas: Ioannes & Iacobus, cum à Christo vocati, eum sequi sunt. **Secunda** cura fuerit, irę motus refrenare, vbi enim animus exteriora reiecit, incipit in se manus conuertere, præsertim in iram, vnde pernicioſa dāna procedunt. **Tertia** cura erit, delectabilibus carere, luctuosa sequi. Quasi terram animę compluere, & humectare, vt dignos cœlo fructus ferat. **Quarta** erit, nihil aliud curare quā̄m amare iustitiam: compati aliorum miserijs, cordis prauitates mundare: paci cordis insistere. & externas tribulationes contēnere. En tibi speculum, vbi & rationem proficiendi conspicias, & quantum tibi de perfectione deficiat possis agnoscere.

¶ Demum vitę christianę perfectio, in summis harum beatitudinum gradibus sita est, videlicet si spiritu ambias pauperiem, si corde sis mitis, si nihil aliud quā̄m luctum ames, si corde sitias iustitiam, si animū geras percussum doloribus proximorum &c.

¶ Dices, cur Deus in his rebus beatitudines collocavit, quę verè difficiles sunt: quasque humana refugit natura? An non prudentius fecisset, si diceret, beati quibene diuitijs vtentur. Qui irasci cum expedierit, solent, qui letantur moderatè, &c? Huic quæstioni ego respondeo. Quod iuxta Ieremiam, prauū est cor hominis, præ omnibus & inscrutabile. Habet cor nostrū multos sinus, eosq̄, omnes nequitia plenos. Volens igitur Deus, velut pater filijs, reconciliari: cum prauitatem & nequitiam eorum tantopere habeat infensam, dicit filijs: ego ero vester, si prius corda vestra castigatione voluntaria puniatis. Cupiditatem igitur paupertate punite, iram mansuetudine &c. Excute igitur sinus, projicite & punite nequitiam, vt in vobis habitare possim. ¶ **Secunda** causa sit, dictum est in sapientia, Quod delicię Dei sunt, esse cum filijs hominum. Proprium verò amantium est, ea omnia impedimenta rescindere, quę amori obistere possunt. Cum igitur opes, ira, delectationes carnis, & reliqua, verè auocent animum à rebus spiritualibus, voluit Dominus ab hisce auocamentis hominem esse liberum, vt amori Diuino liberius inferuiret.

¶ **Tertia** causa sit. Dictū est, fili ne in multis sint actus tui: & si fueris diues non eris immunis à delicto. si fueris diues opum, proprię voluntatis, irę, & cæterorum non eris immunis à delicto. tolle igitur occasiones delictorum & beatus eris. ¶ **Quarta** & potissima causa. Antiquus Adam in opibus, in delicijs, in satietate beatus erat. Equum fuit, vt nouus Adam, noua

creatura, homo nouus, & diuinus, in rebus nouis esset beatus: id est in his quę Christus sibi delegit, tanquam melioribus & sanctioribus opibus. ¶ Demum voluit vnicus, & omnipotens artifex, ibi beatitudinem statuere: vbi homines miseriam collocauerant. Et reuera, vt ipse statuit, ita & effecit. Sentiunt enim qui paupertatem adamant, qui mansuetudinem, qui luctum: quā̄m verè Dominus beatitudinem in hisce constituit. Videlicet, quia Dominus legem suam verificat, in cordibus eorum qui eam sectari festinant.

**Beati** *pauperes spiritu*. Occurrit dubitatio. Cur beatus pauper? sunt ne diuitiæ male? nū faciūt diuitiæ, infœlices? minimè. Sed diuitiæ minores sunt quā̄m anima: non ergo anima in diuitijs est beata. At paupertas ex spiritu, maioris est ordinis quā̄m anima, est enim res diuina, à spiritu diuino promanās. ¶ **Secundo**, & voluit Deus: vt quia Christus ferè suam beatitudinē reliquit (exinaniuit enim semetipsum formam serui accipiens: tu etiam tuam beatitudinem humanam relinqueres, factus propter illum pauper. Et quia ille gratus est, non sinet te beatitudine fraudari: eras humanè fœlix, cum diues esses: faciet te diuinè beatam, cum fueris pauper. ¶ **Tertio**, & erat equum si ille dabat tibi sua, illa maxima: tu vicissim dares tua, illa minima, vt sic vicem amori rependeres.

¶ **Quarto**, item placuit Deo, vt quia per diuitias non cognouit mundus Deum: per stultitiam paupertatis, beatus efficeretur. Imo verò, quia mundus diuitijs incrassatus, recalcitrat, pauperie attenuatus Deo hęrescat. Et quia quasi ex adipe, prodit iniquitas: quasi ex dięta prodeat sanitas. ¶ **Quinto**. Sanè si diuitias suas diues collocavit in pauperes, certè thesaurizauit thesaurum in cœlo. Si verò in cœlo habet thesaurum, habet & cor in cœlo. Nihil verò in cœlo est nisi beatū, beatum ergo cor hominis, qui diuitias reliquit suas, factus propter Christum pauper.

¶ **Sexto**. Iam qui reliquit domū, agros, aut opes suas: in quibus beatus erat, centuplum ex lege Domini, accipiet, cum vitę æternę promissione. Si igitur vnā domum habens beatus tibi videbare, an non habēs centum beatior eris? Quod si reliquisse vnā domum beatum facite precor quā̄m beatus erit, qui animo, & intentione cuncta reliquit. Ecce inquit nos reliquimus omnia non quidem opere, sed animo. Quā̄m igitur beati? ¶ **Septimo**, & age nemo in re falsa potest esse beatus. At opes seculi fallaces sunt, Christi testimonio, dicentis: fallaciam diuitiarum auocare semen, quod est verbum Dei, ne ferat fructum. Non ergo in diuitijs erit quisquā̄m fœlix. Quod si adiungas verbum Apostoli. Diuitibus huius seculi, inquit, præcipe: non sperare in incerto diuitiarum suarum: quomodo igitur in certę diuitiæ beatum quemq̄ perficient? Adde verbum Domini. Si in iniquo mamona infide-

• iij Vbi

Joan. 1.

Ierem. 17

Prover. 8.

Eclli. 11.6

1. Cori. 15.

Philip. 2.

1. Cori. 1.

Deuter 32.

Psal. 72.

Math. 19. 5

Math. 6.

Math. 19.

Math. 19.

Math. 19

1. Timo. 6.

Luce. 16.



les fuistis, quod verum est, quis credet vobis? Vbi duo considera, primū, quod diuitiē iniquas dicuntur. Vix enim diues iniquitatem euadit: at si iniquē quomodo beatum reddent? Alterum Dominus addit, Quod verum est, quis credet vobis? ergo diuitiē non verē sunt. Aliud est verum, aliud opes. In vero, beatus verē eris: at in iniquo, & non vero, nescio quomodo beatum esse liceat. Ideo enim Deus summa est beatitudo, quia summa veritas.

¶ Item si reliquisti omnia factus pauper, nisi Christum sequere, opes & operā perdidisti. At si Christum sequeris, manifestum est, quod Christus suorum sequacium, domesticorum & familiarium curam geret. Si enim nos cum simus mali nouimus, nostrorū curam habere, quanto potius Deus, ipse bonus? Quod si tui curam habet Deus, beatus es: Dicitur enim Dominus regit me, nihil ergo mihi deerit, est verō beatus cui nihil deest. Elegāter ergo & cōfidenter inquit David, ego autem mendicus sum & pauper, Dominus sollicitus est mei. Vbi duo considera, tum quod cum rex, David esset, se mendicum professus est. tum quod non dixit, Dominus curam gerit mei. Sed id dixit quod erat vehementissimum. Dominus inquit sollicitus est de me, anxie mihi prospicit. Quasi dicat, vni cē illum mea torquet cura. Ex hac tam sollicita cura, intulit psaltes alio loco pulchrum oraculum, desiderium inquit pauperum exaudiuit Dominus. Quasi dicat, non solum paratus est Dominus adhibere pauperi, quæ illi fuerint necessaria, sed etiam quæcunq; pauper desiderauerit, tanta est Domini de paupere cura. Est in ea re fidelis Dominus, vt quia qui reliquit omnia, cogitatum suum iactauit in Dominum, ipse nutritur à Domino. Et quia nutriti proprie est infantum à matribus: aperto fit, vt eam curam pauperum Deus gerat, quam mater infantuli sui.

¶ Illud etiam aduerte, opes hæ terreñe, nostræ non sunt: quas videlicet ventus, pluuia, cælum: quas fures & reliqua auferunt infortunia. Voluit igitur Christus nos, non in alieno esse beatos, sed in nostro. Ita dicit Dominus, loquens de diuitijs, Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis. Quasi diceret: opes hæ quas caro concupiscit, non sunt vestræ propriæ: Vt Iob testis locuples est: spirituales opes, hæ re vera vestræ sunt. Volo ergo vos beatos esse in vestro, non in alieno.

¶ Aduerte & hoc, equus rerum suarum Deus distributor est. In neminem nostrum omnes cōgessit opes: vt nemo esset, qui non sui proximi ope indigeret. Igitur si te opibus terrenis repleuit, opum cælestium participem non fecit. Et contra, si regno terreno priuauit, regno cælesti ditauit. Vt enim Christus diues, factus est pauper, vt nos pauperes ditaret: ita quos verē ditat, pauperes vult inuenire: ne gloriatur diues in diuitijs suis, sed qui gloriatur, gloriatur:

quia cum pauper esset, à Deo subito honestatus est. ¶ Aduerte etiam. Zelatur domin⁹ gloriā suam, gloriā enim meam, inquit, alteri nō dabo, quia igitur periculum est, ne diues diuitias suas colat, vt idola, eis illum honorem tribuēs, quem Deo debebat: ideo suos cultores Deus longius auocat à diuitijs, cum beatum decernēs, qui se elongauerit ab eis. Scitum est, quod diues gloriatur & confidit in multitudine diuitiarum suarum: at confidētia & gloriatio in solo Deo statuenda est.

**Beati** *mites, quia i si possidebunt terram.* Primo

hic tractādum, quomodo verificetur, quod mites possidēt terram. Quod ex alio pendet. si quæ nam hoc loco dicatur terra? si enim hæc terra intelligitur quā calcamus, non eam possident mites: imo ab ea eiiciuntur. Ad hoc dubium, vt arbitror, est respondendum: quod de hac nostra terra, Dei sermo verificatur. Et primò iuxta phrasem Hebræam: possidere terrā, est diu in ea viuere. Non ergo mitibus larga terræ possessio promittitur, sed diutina. Quomodo dicunt, illud psalmi esse intelligendum, māfueti hereditabunt terram, & in habitabunt eam in seculum seculi.

¶ Secundo verificatur dictura Domini, si intelligas: mites possidebunt terram. Id est nemo est alius dignus, qui possideat, nisi mitis. Si enim Adam possedit terram, rex super eam constitutus, quia omnia subiecerat illi Deus, volucres cæli & pisces maris, & bestias terræ: quanto dignior rex est mitis? Qui sibi subiecit animi sui affectus & iras: tanto, quam bestiæ terræ, ferocior.

Nec enim tot dāna bestia vnquam hominibus intulit, quot ira viri solet afferre. ¶ Tertio verum esse monstratur hac ratione. Si eum gustum, alacritatem, & animi magnitudinem in animo suo mitis habet: quam illi habent, qui terram possidēt: an non reuera dicentur terram possidere? Nec enim possessio terræ, quæ ab hominibus tantopere desideratur, est terram cum dolore, & animi anxietate possidere. Eo quippe terræ possessio expetitur vt animi lætitia, & rerum amplitudo comparetur. Igitur si mitis maiorem habet lætitiā, maioremq; animum, quā tyrāni terræ possessores: an non meritō dicetur terræ possessor? Nihil habentes inquit Paulus, & omnia possidētes. Quia eo sunt animo, quo essent, si cuncta possiderent.

¶ Psaltes inquit, fac bonitatem, in habita terrā, & pascaris in diuitijs eius. quæ sunt hæ terre diuitiæ: num aurum, & argentum, cum merore & angustia: minimè. Sunt ergo hilaritas & animus se ipso diues. Id quod Stoici magno verborum apparatu dicebāt: solus bonus, diues. Iam expende animum mitis, semper serenum atq; pacatum. Contra verō animos regum nunquam non sollicitos, & perturbatos. Quem nunc iudicabis diuitem, & terræ dominum? ¶ Quarto, verum esse dictum domini patet hoc modo. Qui egregiē formē, prudentiē,

Eccli. 17.  
Ilaic. 42.

Ephes. 5.

Psal. 5.

Marci. 10.

1. Cori. 1.

Psal. 36.

Psal. 8.

2 Cori. 8.

Psal. 36.

Psal. 36.

Luce. 11.

Psal. 22.

Psal. 39.

Psal. 9.

Psal. 54.

Luce. 16.

Iob. 2.

Ierem. 9.



**1. Corin. 3.** dentię & pudicitię vxorē nactus est, dicit: plus hanc, quā omnes mundi res æstimo. Omnia me in hac inuenisse reor. Cum igitur mitis propter Deum, in animo suo repererit thesaurum, plus quā terra valentem: an non dicetur rectē, quōd omnia possidet? omnia inquit Paulus vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue futura, omnia vestra sunt. Cur tandem? quia qui Christo seruit, habēs Christum habet cuncta. Ita qui mitis animo est, & mansuetudinem Christi habet: Christum habet, & ita omnia habet. Sapiēs dicit, venit in me spiritus sapiētīe: & preposui illā regnis, & sedibus: & diuitias nihil esse dixi in comparatiōe illius, & infra: Infinitus n. est thesaurus omnib⁹ hominib⁹, Sic qui mansuetudinē Christi habēt, thesaurum infinitum reperiunt, quod habentes sibi vidētur totam terram possidere.

**Sapient. 7.** Quinto illud aduerte, hoc possessionis indicium esse, si tributum pendat id quod possidetur, ei qui possidet. Cum igitur tota terra sit plena malis, quæ vndiq̄ue hominis animum exasperant: si mitis corde ex malis illis nō irritatur, sed contra letatur: an non mala pendent meritorum tributa homini miti? an non carpit fructus, licet insperatos ē terra? an nō terra malis plena animum mitis dicit: possidet ergo mitis terram, ex qua tot meritorum diuitias, & letitias excerpit. Colligit ergo mitis, ex spinis vuas, & ex tribulis ficos.

**Math. 7.** Sexto etiam illud intellige. Adam erat Dominus omnium: quia nihil erat, quod Adē nocere potuisset. Erat super omnem terram, quem ledere terra nequibat. Proferebat tunc terra viperas & serpentes, proferebat forsā spinas & fentes: sed non proferebat contra Adam. Videlicet non proferebat contra dominum suum.

**Genes. 3.** At post peccatum, dictum est, spinas & tribulos proferet tibi, id est, contra te. Ita & mitis est alter Adam, cui nihil nocere potest dū mitis est, spinas, & tribulos, & maledictiones terra profert maledicta. Sed non profert contra mitem: qui iniurijs, probris, & vulneribus non punitur, sed letatur.

**Terra p ad uersario nostro.** Tentemus si verificare dictum Domini possimus de terra, non tantum hystoricē, sed etiam allegoricē dicta. Maledicta fuit terra quæ spinas homini profert, & tribulos. Longē magis maledicta terra alia, quæ perniciosiores spinas profert. Hęc terra est aduersarius cuiusuis pij, & iusti viri. Ab his nascuntur verę spinæ, quę animum adhuc in virtute tenellum lacerāt, & discerpunt. Quōd si animus hic tener, mitis fiat: possidebit inimicum suū.

**Roma. 12.** dicit enim Apostolus, vince in bono malum. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: ita carbones ignis cōgeres super caput eius. Iam sicut ignis omnia absomit, & in suam possessionem transmittit: ita & mitis terram inimici sui possidebit. Dicit enim Dominus, Si peccauerit frater,

& te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si ergo mitis lucrabitur fratrem suum, etiam si aduersarius sit: manifestum est, quōd eum possidebit. Nam quod lucror, possideo.

¶ Quōd si frequens est sumere terram, pro hominibus terram habitantibus: apertū est quōd mitis possidet homines terrę. Siquidem mansuetus ab omnibus amatur, & colitur. Diriget inquit mansuetos in iudicio, id est, faciet eos in iudicijs victores. Et alibi, illusores ipse deludit, mansuetis autem dat gratiam. Non solum dat gratiam coram Deo, sed etiam coram hominibus. Dicit sapientia, Fili in mansuetudine, tua opera perfice: & super hominum gloriam diligeris. Et planē Moses ideo dux, & ferē dominus Iudęis prefect⁹ est: quia mitis erat super omnes. Et Christus vt erat mitissimus omnium: ita & mansuetudinis iure possidet omnia.

¶ Nam si cor hominis vocatur terra, in qua videlicet, semen Dei seritur: profectō cum cor hoc nostrū irascitur, brutescit, & fugit a ratione: imo fugit a nobis, imo & facit hominem a se fugere. Nec enim ira percitus homo, homo est. At per mansuetudinem redditur homo sibi: si iratus fuerat, & iram cohibuit, seruauit se: ne homo esse desineret. Eleganter dictum est: fili, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem, secundū meritum suum. Videlicet quia in ira, perdit homo animam suam, iudicium. s. & rationem. At qui iram frenat: dat animæ, vt rationalis sit, vt nō bruta sit. Igitur honorat eam secundū meritū suū. Quo fit vt anima se possideat per mansuetudinem, quæ se per iram perdidit. Possidet ergo mitis terram. Et illud mihi persuadeo, qui iram, (ferocissimam. s. bestiam) domare potens est, poterit etiam reliquas animæ superare passiones.

¶ Tandem si regnum cœlorum vocatur terra (vt sancti voluerunt): planē mitis terram veram possidet. Regnum enim illud Christus mā suetus vt agnus, mansuetudine comparauit: & mansuetorum, vt esset, effecit.

¶ Sed obijcit se mihi difficultas. Si hęc cœli regnum, terra vocatur, cur Dominus non dixit, beati mites, quia ipsi possidebunt regnum cœlorum? cur cœlum, terrę nomine nominauit? Primum, quia vult Dominus, vt hęc terra, quam calcamus, non existimetur terra: nec bona huius terrę bona credantur: sed quōd terra nostra, & patria nostra illic sit: vbi regnum cœlorum est. Loquitur igitur Dominus cum diligentibus cœlum: cum his videlicet qui nihil terram hanc curant, nec recordantur. Sed cum terram audiunt, illam intelligunt quam concupiscunt. ¶ Secundo voluit Dominus animum pijs addere. Crederet forsā pius homo corpus suum, vtpote quōd terra sit: in cœlo esse non posse. Quid enim terrę cum cœlo? at cum audit cœlum (licet cœlum sit) terram esse quōq̄, spē concipit: terrā hanc suę carnis, in terrā cœlestē

Terra pijs qui habitant terrā.

Psal. 24.

Prouer. 3.

Eccli. 3.

numer. 12. Math. 11.

Terra pro corde hominis.

Eccli. 10.

Terra pro cœlis.



Genes. 3. posse puenire. Dictū. n. est terra es, in terram ibis,  
 Et rursus, cœlum cœli Dño, terrā aut dedit fili-  
 Psalms. 133. lijs hominū. Nō ergo despondeāt animos homi-  
 nes, q̄ sunt ex terra coālitī: ire eis in cœlestē terrā  
 licebit. ¶ 3. subtiliter Dñs cōsolatur mites, cum  
 cœlum terrę vocabulo nuncupat: ad monēs, qđ  
 sicut ipsi se calcabiles prębuerūt omnibus, ac si  
 terra essent, (q̄ cunētis calcare licet, terra non re-  
 clamante:) ita & mitibus cœ ū se calcabile prę-  
 bebbit, nihil reclamās Tam. n. videbatur repu-  
 gnare naturę cordis nostrī, māfuetū se seruare,  
 & velut durū & firmum, cum calcatur, & laceffi-  
 tur: sicut cœlo ab hominū pedibus conculcari.  
**Beati** *qui lugent.* Cur verō lugere nobis con-  
 sulat Christus: Primum, quia vita hęc  
 partus est quidam eternitatis. Dictum enim est  
 ab Apostolo. Quōd in pręsenti est momētaneū,  
 2. Cor. 4. & leue tribulationis nostrę: supra modū, in su-  
 blimitate, eternum glorię pondus operatur in  
 nobis. Planē vita nostra si pia est, persecutio-  
 nibus abundabit: tribulationes habebit. At vita  
 illa afflicta, & misera, parturit pondus, supramo-  
 dum, sublime glorię eterne. Idem Paulus. Om-  
 nis creatura ingemiscit, & parturit vsque ad-  
 huc. Quid Paule parturit: quasi respōdens sub-  
 dit: nos ipsi primitias spiritus habentes, intra  
 nos gemimus adoptionem filiorum. Viri ergo  
 pij gemūt & parturiunt eternitatis partum: si-  
 cut impij, eternam sibi damnationem abortiūt.  
 Igitur si virum anima nostra (dum viuim⁹)  
 pepererit, cœlestium ciues sumus: si fœminam, in  
 inferno erit locus noster. Itaque nihil aliud dū  
 viuimus, molimur: quā filium eniti. At mu-  
 Iob. 16. lier cum parit tristitiam habet, luget, & clamat  
 præ dolore. Post partum gaudendi locus est,  
 in partu tristitia, & luctus sibi asserunt imperiū.  
 At quia partus nequię voluptuosus est: est  
 enim plana via, & spaciofa quę parit perditio-  
 nem: partus consequenter virtutis erit luctuo-  
 sus. Quia arcta via quę parit eternitatem. Beati  
 Math. 7. igitur qui in hoc eternitatis partu, lugent. Pe-  
 perit te Christus in cruce cum luctu: non pote-  
 rit anima tua parerere Christum, sine luctu. Cū  
 te peperit ille cum luctu, beatus erat: si genueris  
 & pepereris eum cum luctu, beatus etiā eris.  
 ¶ Quid mirum si quotidie lugent, qui quotidie  
 morti addicuntur: Paulus iurat. Quotidie mor-  
 rior, per vestram gloriam fratres. Et alibi, mor-  
 tificamur tota die. estimati sumus, vt oues occi-  
 sionis. Et alibi si spiritus Christi habitat in vo-  
 bis, corpus quidem mortuum est, propter pec-  
 catum: sed spiritus viuus, propter iustificatio-  
 nem. At cum corpus morti traditur, quid aliud  
 sonat, quā luctus? Quis pręcor adeo ferreus  
 est, & adamantinus: qui vulnus gladij eius car-  
 nem percutientis non sentiat, nō doleat, nō lu-  
 geat: nemo est inquit Paulus, qui carnem suam  
 odio habeat. Imo nutrit, & fouet eam. At inquit  
 Ierem. 48. Dominus per Ieremiam: Maledictus, qui opus  
 Dei facit fraudulenter: & maledictus, qui pro-

hibet gladium suū à sanguine. Et profectō ne-  
 mo est, qui gladium suum alieno sanguine tin-  
 gere debeat. Dicit enim Dominus Petro, Mitte  
 gladium tuum in vaginā. igitur maledictus est,  
 Math. 26. qui prohibet gladium à sanguine suo. Maledi-  
 ctus qui carnem suam nō ferit. Maledictus qui  
 carnem suam non vulnere lethali percutit: vt  
 vitijs & affectibus secularibus mortua, Deo vi-  
 uat. Si ergo feriēda caro est, nō corporal: vulne-  
 re: sed qđ grauius dolere solet, spūali: an nō ma-  
 nifestū est, cuius pręcipi vt doleat, vt lugeat: si  
 videlicet pręcipitur, vt se feriat: vt carnē mor-  
 tuam gerat. Sed si interim spirit⁹ viuus, in iusti-  
 tia, beatus est. Beati ergo qui lugent.

¶ Tertio rursū. quid mirū si lugēt, i quib⁹ quo-  
 tidie ferenda crux est. Qui vult inquit venire  
 post me: abneget semet ipsum, tollat crucem  
 suam quotidie. An exiguum pondus est huius  
 Luce. 9. crucis? Si non alia crux esset, quā corporis  
 nostri, an non hęc crux satis dura, & grauis est?  
 Iob dicit. Quare me posuisti contrarium tibi, &  
 factus sum mihi met ipsi grauis: quasi dicat, fer-  
 rē me ipse non possum. Et Paulus tātus ille: qui  
 cœlum fœlicius sustinuit, quā fabulosus Atlas: Iob. 7.  
 at sub onere tanto pressus dicit: Infelix ego,  
 quis me liberabit de corpore mortis huius. Ac  
 si diceret, quis me exonerabit corpore meo,  
 quōd velut sepulchrum est, vnde continuo pe-  
 Roman. 7. stilentissima mors emanat. Quis nesciat, cruce  
 patibulum esse? Quis rursus non videat, lu-  
 gendum esse, ei qui in patibulo suspensus est? Si  
 igitur ego in cruce mea, i. in carne mea, quotidie  
 suspēsus manere debeo, an nō erit mihi lugēdū?  
 Iob. 7. Audi Iob dicentē: Terrebis me p̄ somnia, & per  
 visiones horrore cōcuties. quā ob rē suspēdium  
 elegit anima mea, & mortē ossa mea. Merito qui  
 dē, is. n. quē diuina illustratio horrore concus-  
 sit, suspēdiū crucis deligit in hoc seculo, ne il-  
 lud patiat in futuro, at comitē esse suspēdij lu-  
 ctū, certū est. ¶ 4. Quid mirū si lugeat, qui nūquā  
 flagellū de corpore suo diuellit? Dicit Psaltes:  
 Fui flagellatus tota die, & castigatio mea in ma-  
 tutinis. nec ex matutino deficit castigatio: sed  
 vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.  
 An non David dicit: Ego in flagella paratus  
 Psalms. 37. sum: & dolor meus in conspectu meo semper.  
 Quod in eum sensum accipio: ego paratus sum  
 vt flageller, & ideo numquam non lugeo: vt  
 pote qui flagellorum dolorem semper prę ocu-  
 lis habeo. At cum flagella imminere puer videt,  
 luget. Iam si flagellaris & castigaris filius Dei  
 es, castigat enim omnem filium quem recipit.  
 Quōd si non est transitus, neque clamor in pla-  
 teis tuis, beatū te dicet populus. at nō Deo bea-  
 tus eris. Beatus ergo eris cū à Deo castigaris, &  
 luges. ¶ Quinto: Quid mirū si lugeāt exules: qui  
 ascendūt in cœlū, viā aggressi tantopere arduā?  
 Eūtes ibant, & ideo flebāt, mittētes semina sua.  
 Quid mirū si lugeāt, quibus cū fortissimis ho-  
 stibus pugna est cōtinua, vires sine viribus ha-  
 bentes?

*male legi  
 sumuntur  
 Propter.*



Numer. 13. bentes? Filij Israel miserunt exploratum terram  
pmissionis. At vbi ab exploratoribus accipiunt,  
terram quidem esse felicem: sed dubiam de hostibus vi-  
ctoriam quia incoletur terra a gigantibus, quibus  
Iudaei collati, videbantur esse locustae: vbi haec  
Ephes. 6. bis: qui non colluctamur aduersus carnem, aut san-  
guinem: sed aduersus principatus, & potestates:  
quibus gigantes illi, quos timebant Iudaei, collati:  
non locustae, sed formicae videtur inermes? At  
si ex hoc metu, non hosti victas damus manus,  
Ierem. 42. nec p auxilio descendimus in Aegyptum, sed nobis  
diffisi diuinum efflagitamus fauorem, verum beati eri-  
mus: quibus felicior erit de hoste victoria, quam  
fuerit Dauidi, de Goliath gigante deuicto. ¶ 6.  
Profecto si certus essem quod amore dignus sum,  
non esset forsitan quod lugerem. at cum sciam angustiam  
esse ad vitam viam, & paucos esse qui licet requirant,  
inueniant eam: quid mihi, nisi lugere conuenit?  
Math. 7. Porro si meam iustitiam despiciens, iustitiam fidei &  
Christi me subitico, sciens, quod si Christus fiat mea  
iustitia, sanctificatio & reconditio (eam. s. in me  
faciens) non se continebit Deus, quin amet eam iusti-  
tiam, quae filij sui est, tunc ero iustus ex fide viua  
Christi: ac proinde beatus. vides quid pariat lu-  
Corin. 1. ctus? Certum parit querere Christum, & in eo conso-  
Roma. 3. lari. ¶ 7. Demum, nulla res in hoc seculo digna fle-  
tu est, nisi peccatum scilicet mortale. lugent ho-  
mines corpora mortua, quanto essent magis lu-  
gende animae mortuae? At si peccatum luges, pec-  
catum tibi remittitur, si tibi peccata remittun-  
tur, beatus es. Beati enim quorum remissa sunt  
Psal. 31. iniquitates, & quorum testata sunt peccata. Te-  
guntur verum lachrymis, beati ergo qui lugent.  
Tam est nefarium peccatum, ut lugere quod pec-  
caueris, te beatum reddat. Vide quam sit abo-  
minandum, si gaudeas in peccato? ¶ Octauo:  
Quod si beati sunt qui lugent quia Deum offende-  
runt, quanto beatiores: qui lugent quia Deum non vident.  
tam est Deus omni praetio dignus: ut  
lugere, quod eo careas, beatum te faciat. Audi  
Psal. 41. quid David hoc affectu percussus aspiret, suspi-  
re, anhelet. Sicut ceruus desiderat fontes aqua-  
rum, dum videlicet Sol estibus terras adurit: ita  
desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima  
mea ad Deum fontem viuum &c. Audi sequentia  
obscuriora. Hec recordatus sum & effudi in me  
animam meam. Quid recordaris sancte Rex? Quod  
transibo in locum tabernaculi admirabilis. Quis  
nam est ille locus? Usque ad domum Dei. Planum  
sicut olla feruens, vbi subest ignis ardentior: so-  
let se super se effundere. ita animus, igne chari-  
tatis preferuidus, facile sursum ascendit, & per-  
dulces lachrymas, se super se effundere solet.  
Profecto planum tunc sentitur, quam verum beati  
sunt qui ita dulciter lugent. Audi eundem: Quam  
dilecta tabernacula tua Domine virtutum.  
Palm. 83. Concupiscit, & deficit anima mea in atria Do-  
mini. Audis animam deficientem. Certum praetio  
luctu: Sed quid sequitur: Cor meum & caro mea

exultauerunt in Deum viuum. An non vides bea-  
tum luctum? Si luges deficit anima: sed est luctus  
dulcis, qui exultare facit. ac proinde beatus, bea-  
ti igitur qui ita lugent. Audiuimus vltimum verbum.  
Beatus vir, cuius est auxilium abs te: ascensio-  
nes in corde suo disposuit, in valle lachrymarum.  
Igitur ipse beatus lachrymis plenus, in corde suo,  
in celum ascensiones disponit. ¶ Sed est dignissima  
dubitatio. qui fieri potest, ut lugens sit beatus?  
Quid luctui ad felicitatem? Et rursus Paulus  
iubet gaudere in Domino semper. nec contentus se-  
mel id precepisse, addit, iterum dico gaudete rur-  
sum dicit: quasi tristes semper aut gaudentes. num  
hypocrisis est vita christiana, ut cum gaudeas semper,  
triste te esse dissimules? Rursum, regnum Dei,  
(id est, vita christiana) est iustitia, pax, & gau-  
dium, non tristitia. & Dominus: rogate ut gaudium ve-  
strum plenum sit: si plenum, quomodo secum luctum  
admitteret. Profecto mihi res est admiranda, vir  
Christianus lugens: & in luctu suo letus. Adeo  
ut lachrymas suas, pro nulla seculari letitia com-  
mutet. fuerunt inquit lachrymae meae panes. lach-  
rymae erant, sed panes etiam erant: luctus erat, sed  
suauis. renuit consolari anima mea. Cur? Quia  
si velit luctum consolari, consolationem amittet.  
Dicit Paulus, & David: Secundum multitudi-  
nem dolorum in corde meo: consolationes tuae  
lustrificauerunt animam meam. & sicut abundant  
passiones Christi: ita & abundat, & consolatio  
nostra non ita: ut post luctum sequatur conso-  
latio, sed quod est mirabilius: ipse luctus, conso-  
latio est. Sicut enim in Deo simul est vnitas, &  
pluralitas: & simul misericordia, & iustitia: am-  
mor, & odium. ita facit, ut in seruis suis simul  
cum luctu sit letitia. Quia sicut virtus in infir-  
mitate perficitur: ita & letitia, in luctu. ¶ Posset  
etiam dici, quod cum Paulus iubet gaudere: iubet  
quidem, sed in Domino. Et regnum gaudium est quidem,  
sed in Spiritu sancto. Cum ergo Deus tibi letitiam infun-  
dit, non iuberis lugere. At recedet illa lux: tunc tu  
sponte lugebis. Cum letitia adest: non possunt filij  
spoli lugere, quia adest sponsus. At recedet spousus,  
tunc lugebunt. Quia non inueniet columba, vbi  
pedem suum ponat, donec in arcam redeat. ¶ Et qui-  
dem, cum anima christiana cunctas creaturas contem-  
plando lustrat: puocatur ab omnibus, ut in Deo omnium  
factore letetur. At si expedit, quod omnes creatu-  
re factae sunt in laqueum, & decipulam pedibus in-  
sipientium: solent. n. auocare homines a Deo suo: an  
non haec erit causa luctus. Gaudete igitur: sed  
cum timore, & tremore.  
Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Primum quod an-  
noro est. Si beati qui esuriunt iustitiam: er-  
go iustitia nostra non est. Si. n. nostra esset, cur es-  
surirent, quod in manu nostra est. ¶ Nunc audi: non  
dicit Christus, beati qui esuriunt Deum sed iustitiam.  
Certum Deus est finis nostri appetitus: estque, cibus  
& potus animae. inebriabuntur, inquit, ab huberta-  
te domus tuae. & torrete voluptatis tuae potabis  
eos. est igitur Deus torrens dulcedinis, & volupta-  
tis,

Philip. 4.  
2. Cori. 6.  
Romae 14.  
Ioan. 16. e  
Psal. 41.  
Psal. 76.  
Psal. 63.  
2 Cori. 1.  
2 Cori. 12.  
Luce. 7.  
Genes. 8.  
Sapie. 14.  
Psal. 2.  
Psal. 55.



tis. at licet Deus sit animæ manna, & spiritualis esca, quam summopere cupiunt sancti: prius tamen est, amare & esurire iustitiam: per quam Deus animæ gustui ingeritur. Est iustitia mediū quo Deum assequare. Si igitur cupis Deum: prius te iustitiam oportet exambire. Si placet Deus, placeat eius sancta iustitia. Scio quod

**1. Corin. 1.** Christus iustitia nostra est: & quod Deus vita  
**Deuter. 30** animæ est. Sed nec Christi iustitia, nec vita Dei aderunt animæ nostræ: nisi mediante iustitia. gluten igitur quo herescit animæ Deus: iustitia est, & probitas. ¶ **Secundò:** Non dixit beati qui esuriunt reuelationes Dei: aut spirituales dulcedines: aut Sapientiam quàm Salomon esuriuit, & data est illi. non inquam hi beati: gustus enim & dulcedines illæ recentium cibus sunt. reuelationes Dei extollere solent hominē, ideo enim datus est Paulo stimulus carnis: ne ab illis extolleretur. Sapientię superbia Luciferum deiecit e cælo: & Salomonem fecit in culpa sua inexcusabiliorem. Quo igitur impetus nostri desiderij influere debet? Certè in iustitiam quæ si assequare beatus eris. Quia ipsa est quæ dulcedinem ueram secum affert. ipsa est quæ Sapientiam nostris mentibus infundit. Audi quid dicat per Isaiam sermo diuinus. Si desieris loqui quod non prodest: si animam afflictam repleueris: & effuderis esurienti animam tuam: tunc orietur in tenebris lux tua, & tenebrę tuę erunt ut meridies: & requiem dabit tibi Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. En quid dicat Deus. igitur si iustus fueris, non deerit lumen, non Sapientia, non dulcedo continua, non iuge conuiuium.

¶ **Tertiò:** Non dixit, qui esuriunt humilitatem, castimoniam, aut patientiam: quę sunt, velut partes iustitię: sed qui esuriunt totam iustitiam, & integram. Non sat est, si in vno aut altero iustus sis, nisi in omnibus iustus fueris. Si enim vnus ædificat, alter destruit, non surget ædificium: ita si hinc ædificas, hinc verò destruis, nihil facis. & dictum est, qui offenderit in vno factus est omnium reus. oportet igitur totam esurire, & exercere iustitiam. ô graue onus impositum humeris nostris. Sed quod nostrę iustitię deest, Christi iustitia replet. Fact⁹ videlicet nobis Sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio. Ideo enim tantopere Paulus clamat: Per legem neminem iustificari. quia vires nostrę exiguę sunt, vt vndique iustificemur: quod iustitia Christi præstante, consequimur.

¶ **Quartò:** Non dixit beatos qui edant, & bibant iustitiam: sciebat enim in hac vita, potius esuriri iustitiam, quàm manducari: potius optari, quàm possideri. De plena iustitia mihi sermo est. Quia ergo sciebat paucos esse verè perfectos: qui dapibus iustitię fruuntur: fore verò multos qui licet non edant, de mensa tam præ-

tiosa: esuriunt tamen: ideo non vocauit beatos qui ederent, sed qui esurirent. non memini vocatum aliquem sanctum aut iustum à Christo. imo memor sum, ipsum dixisse: nemo bonus, nisi Deus. Si ergo dixisset: Beati qui edunt iustitiam: quis beatus esset? Dicebat tamen: estote perfecti, sicut Pater. quia intelligebat paucos esse perfectos, ideo contendere iubet, in id quod non habent.

Math. 19.

Math. 5.

¶ **Quintò:** Non dixit, beati qui suspirant, qui amant iustitiam: sed qui esuriunt. innuens non esse vnus diei, aut mensis, effici iustum. negocium est quod durat: quantum esuries cibi, & sitis potus durare solent. Si iustitia vnica virtus esset, vix ad eam perfectè assequendam, sufficiunt tempora multa, (adeò corruptioni subdita est humana miseria,) nunc verò cum tot partibus iustitia constet, scilicet castitate, patientia, fortitudine, & prudentia, totum vitę spacium parum est, vt perfectus sis. reliquum est igitur vt esurias semper: intelligens satiem iustitię, in solo cælo sperandam.

¶ **Sextò:** non dixit, Beati qui vellent iustitiam: quibusq; iustitia non displicet: quia multi sunt in mortali peccato: qui vellent quidem iusti esse: sed quia non esuriunt, ideo non sunt beati. quid enim esuriat manna, qui porris & cæpis Ægypti satur est? similes hi sunt languentibus fastidiosis: qui vellent quidem comedere: vbi tamen cibum admoueris, commouentur, euomunt, & in sua esurie flaccescunt.

Nume. 11.

¶ **Septimò:** ergo dixit, Beati qui esuriunt. videlicet notans, quòd sicut in esuriente: maximum desiderium est comedendi: ita cum tuum præcipuum, potissimumque desiderium fuerit iustitię: tunc beatus eris. Sanè si nosses te habere iustitiam: nihil mirum, si summum tuum desiderium non esset erga iustitiam, (solent enim homines id maximè ardere, quo carent: quòd verò habent contemnere.) At cum nemo sciat se iustum esse, & periculum summum sit, si iustus non sis, an non meritissimè dicitur: vt esurias quod forte non habes: & sit habere necesse? In Sapientia scribitur. Si quæsieris Sapientiam, quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies: quia Dominus dat sapientiam. Quod ergo Dominus dixit: esurire iustitiam: Salomon dicit: querere sicut pecuniam. Iam vel hinc expendamus: quantum nobis ad Sapientiam deest, qui nec desideramus iustitiã, tantum abest vt esuriamus. At non erat dignum vt cæcus esuriret visum, infirmus salutē, mortuus vitam? Maximè cum sciat homo se plenum malicia: quia prauum est cor hominis. Cur igitur non optet: homo natus ad iustitiam: sordibus se peccatorum videns contaminatum, ab his sordibus mundari? Cur non esuriat iustitiam natus ad cælum, cum in cælum nihil intret sine iustitiã?

Prouer. 24.

Ieremi. 17.

Beati



**Beati** *miseriordes.* ¶ Non dixit: Beati qui eleemosynas largiuntur: sed qui misericordes sunt. Ne pauperes qui dare nequeunt, à beatitudine se putent alienos: nè uel diuites, si non dent, beatos se credant: etiam si miseris aliorum compati se profiteantur. Ille enim verè misericors est: qui alienam miseriam, vt suam reputat. at nemo suam à se miseriam non abigit: si potest. Consimiliter Ioanes dixit: Qui viderit fratrem suum necesse habere: & clauerit viscera sua, ab eo: quomodo charitas Patris est in eo? Non dixit, qui viderit fratrem necesse habere, & illi non subuenerit. Quia multi nequeunt subuenire. Porro non se continuit Dominus, quin beatos diceret misericordes. videlicet ipse misericors. nulla in Deo, quàm misericordia, maior est virtus. quia miserationes eius super omnia opera eius. & misericordia super exaltat iudicium. id est, licet Deus rectissimum habeat iudicium: summumq; seruet rigorem: at misericordia huic superfertur rigori, & fert de hoc rigore triumphum. & quidem licet Sanctæ literæ nunquam Deo laudes cantare cessent: arbitrator tamen hanc laudem frequentius illi tribuere: quòd misericors sit. nec solum quòd misericors, sed quòd multum misericors. longanimis inquit, & multum misericors. & quòd secundum altitudinem cœli à terra corroborauerit misericordiam suam, super timentes se.

¶ Iam quia per misericordiam reparauit mundum Deus, factus propter homines homo: voluit vt nihil præciosius homini esset: quàm misericordia. ita vt nullum nomen suauius auribus hominum insonaret, quàm misericordie nomen. quid enim libentius aspiciat homo, quàm illud scutum, quo est à morte protectus: quàm eam dexteram, qua est à vorticibus rapidi fluminis: ne suffocaretur ereptus? Igitur sicut misericors Dominus, plus æstimauit misericordiam suam, quàm vitam suam: potius volens misericordiam ostendere in homines, quàm sibi vitam seruare: ita misericordem, non placuit non vocare beatum: vt qui Deo similis sit, & qui potius vult misericordie, quàm sibi inferuire. Expende Christiane præcor, quàm verum est, quòd Deus sit diues in misericordia: qui volens videri misericors, potius voluit carnem accipere, in ea miseras carnis sustinere, & tandem mori: quàm nomine misericordis fraudari. Ego attonitus stupeo: quàm amet misericordiam Deus. Sustinet tot peccatorum myriadas, vt misericors. suffert tot idololatrias, vt misericors: conuertit peccatores, vt misericors. effudit se in hominis animam, vt misericors. regnum cœlorum, & omnia quæ in cœlis sunt, homini donat: ipse misericors. Etsi gaudium est coram Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente, plus quàm super nonagintanouem iustis: eam causam gaudij arbitrator esse: quia vident tam libèter Deum misericordie indulgere. quasi deus tunc magis letetur,

effundens misericordiam: quàm cum iustos coronat, quod ex iustitia facit. Demum ita dilexit Deus misericordiam: vt licet iustus ipse sit, nunquam tamen ita rigorem exercet iustitiæ, quin ibi suum sortiatur misericordia locum. dictum enim est, quòd etiam damnatos in inferno, puniat Deus citra condignum: vt vel in inferno esset quidpiam quod diuinos oculos exhiberaret: videlicet misericordia, in indignos etiã collocata. ¶ Sed iam grande nos pulsatur dubium: Si misericors adeò placet Deo: cur dicit textus, quòd misericordiam consequetur: & non potius, quòd iustè coronabitur? Apostolus nõ dicit: Misericordiam assequitur: qui legitimè certauerit: sed coronabitur. Nec dicit: Reposita est mihi misericordia: sed reposita est mihi corona iustitiæ. Profectò si merentur cœlum de condigno opera nostra: vt à Sanctis Patribus in Tridentino Concilio est definitum: dicendum erat potius beati misericordes, quia Dei gloriam iure possidebunt. Ad hoc respondeo: quod textus hic intelligi potest, aut de misericordibus iustis, aut de iniustis. Si de iustis intelligatur, aperit nobis elegantem animi nostri deiectionem: quòd videlicet, nullus iustus est, qui non egeat Dei misericordia. non intres, inquit Psaltes: in iudiciu cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Vestram salutem inquit Paulus: Cum timore & tremore operamini. O quàm pulchrè David inquit: Nec enim in gladio suo possiderunt terram, & brachium eorum nõ saluauit eos: sed dextera tua, & brachiu tuum, & illuminatio vultus tui, quia complacisti in eis. Profectò admiratione dignu est, quod David victoriam de Chananeis, Iudeorum genti non vendicet: cum esset tunc eorum infinita multitudo. erat. n. sexcetera milia bellatorum: tot verò, etiã ipsum orbè poterant subiugare: at nõ sunt illiq; vincunt. quãto minus vincet demones homo, & possidebit homo cœlestia, nisi misericors vultus Dñi (id. n. valet, illuminatio vultus tui) opè pugnãtib; ferat ppter ea eleganter David addit: nõ. n. in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Scio quòd gloria cadit sub merito (vt scholasticè loquar.) at quia perseverantia non cadit sub merito nostro, sed sub misericordia diuina: ideo rectissimè dictum est: beati misericordes, quia hanc perseverantiam consequentur: non ex iustitia, sed ex misericordia. ¶ Cui verò hæc responsio obscura visa fuerit, dicere aliquanto planius poterit, quòd opus misericordie, licet ex gratia Dei obtineat dignitatem, & meritum de condigno: at ex ipsius operis genere, misericordiam requirit: vt coronetur & cum gratia ipsa, collata homini sit ex misericordia, & non ex iustitia: (alòquin iam non esset gratia) sit: vt etiam misericors, nisi cum eo Deus misericordiam faciat, nihil erit.

¶ Quæ verò subiungam non assero: sed iudicio doctiorum subiicio. Igitur ex hoc loco Domini

Rom. 7  
Sofa

2. Timo. 2

2. Timo. 4

Psal. 142

Philip. 2

Psal. 43

Exodi. 12

Psal. 43

Roman. 4

Coar. 3

S Thom.

2. 2. q. 30.

Psal. 144.

Iacobi. 2.

Psal. 77.

Psal. 102.

Eodem.

quantu  
calum  
superat  
ab qd  
ne terra  
in mia  
dei ma  
Pcca

Eph. 2.

Luce. 15.

11 + 4. m. col.



Domini dux se offerunt coniecturę. Prior, quod misericordes si aliquando lapsi fuerint, propter misericordiam quam prestiterunt, misericordiam consequentur: vt resurgant à peccato, & saluentur. & hoc vult textus: Beati misericordes, quia misericordiam consequentur in lapsibus suis. huic coniecturę fidem facit, quod dicit Psaltes: Iustus inquit miseretur, & retribuet: eius gressus apud Dominum dirigentur, & viã eius Dominus volet: cum ceciderit non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. cuius apertus sensus est. Si in peccatum mortale ceciderit, non patietur Dominus vt damnetur. Quia, vt redeat in antiquum gradum, Dominus auxilio erit, manum suę misericordię porrigens. Ad stipulatur huic, verbum Tobię: Eleemosina, ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. at non liberat à morte corporis. (Statutum enim est hominibus semel mori.) liberat ergo ab animę morte. non tantum liberans ne moriatur: sed vbi mortua fuerit, facit vt viuat. & hoc est quod addit, non patitur animam ire in tenebras. vehementer verò id probatur ex Ecclesiastico dicente: Conclude eleemosynam in corde pauperis: & hæc exorabit pro te ab omni malo. At si non exorat pro iacente in peccato, non orat pro omni malo.

¶ Dicet super ciliosus Theologus. Si misericordia iacentem in peccato erigit: igitur iam huius peccatoris iustificatio, non ex gratia, sed ex operibus misericordię præcedentibus erit. Ego respondeo: quod si opera misericordię ex condigno mererentur hanc ex peccato erectionem: argumentum tuum haberet vim. at non dico ex condigno: sed ex misericordia, Deum dare gratiam, & auxilium ei qui misericors fuit. vt textus: ipse clamat: dicens beati misericordes, quia ipsi, non gloriam, non iustitiam, non gratiam: sed misericordiam consequentur. Ergo cū quis lapsus est, non putet quod opera misericordię quę in gratia fecit, Deum obligant ex condigno, aut congruo: vt erigat lapsum. minimè: hoc tantum efficiunt vt Deum loco peccatoris rogent, sollicitent, pelliciant, vt ex pura gratia mortuum viuificet. Denique. Si misericors cum lapsus est, non erigitur: nihil illi Deus iniurię facit. erigetur tamen ex sola clementia, quam eleemosyna facta exorauit, iuxta locum adductum: ipsa exorabit pro te ab omni malo. Et quidem si expendis Psalmum, videbis quod diximus. inquit David: Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Dñs conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra. Dicit, in terra, vt has tres promissiones in præsentivita intelligamus. ego verò nescio: quomodo viuificat Deus in vita præsentivita: nisi reparando post lapsum. Verum est mihi locus vrgentissimus. Ignem (inquit Deus) ardētem extinguit aq̄ ua

& eleemosyna resistit peccatis, & deus prosperator est eius qui dat gratiam: meminit in posterum: & in tempore casus sui inueniet firmamentum. ecce dicit: In tempore casus inueniet firmamentum. ¶ Rursum beati misericordes quia in tempore mortis suę, & in tempore tentationis suę, imo & in tempore cuiusuis tribulationis, & calamitatis suę, misericordiam consequentur. Sanè Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dñs. est verò dies mala: dies cuiusuis angustię. siue sit dies mortis, siue tentationis, siue temporalis afflictionis. malum enim duplex est, culpę & pœnę. in die igitur mala culpę, liberat Deus per eleemosynam. vt Daniel dixit: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum. Arbitror enim egregiam rationem ad reconciliandum Deum habere peccatorem: si eleemosynas conferat. conferat eleemosynam homo homini temporalem, & eleemosynã suscipiet à Deo spiritualem. At si malū pœnę fuerit, quodcunq̄ sit illud: eius remedium à Deo inueniet misericors. Id enim dixit Psaltes: Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius: Elegantissimè profectò. sicut enim mater molli filio lectum, vt mollius cubet. ita & Deus lectum in quo misericors iacet, versat & excutit, & blandius reddit: vt mitius in dolore, dolorem patiat. Quid demum potuit dici grandius, aut magnificentius: quàm beatus qui intelligit super egenum? Dominus conseruet eum, & beatum faciat eum in terra. Planè nullus in cœlo simul & in terra beatus. at legem hanc sola violat misericordia. vt etiam si piẽ viuentes in Christo, patientur persecutionem: misericordes tamen, aut non patientur, aut ita blandè patientur: ac si non paterentur.

**Beati** *mundo corde.* Primum id mihi statuendum. *Cor*, in sacris literis, sumi pro parte animę superiori: in qua voluntas est, & intellectus. Nec enim cor est aut voluntas sola, aut mens sola: sed vtrunq̄ simul. Et ideo Paulus dicit: Quod cor credit ad iustitiam. non autem crederet, si sola voluntas esset. Et alibi dicit: Det vobis Deus illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quę sit spes. at nec voluntas habet oculos, nec voluntas scit. Et Dominus dicit: *stulti & tardi corde ad credendum.* ergo corde credimus. & Propheta: Excecauit oculos eorū, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & intelligant corde. Cum ergo cor intelligat & diligat, necessario fit, vt simul & intellectum cõplectatur & voluntatem. est igitur cor pars animę supera: quam greci *Igemonicon* dicunt.

¶ Porrò hoc cor aliquando sordescit, & maculatur. ea verò quę coinquinant cor, non alia sunt quàm à Domino dicta. ex corde exeunt (inquit) cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemię

Psal. 36.

Tobię. 4.

Hebrę. 9.

Eccli. 29.

Iuxta Cõcil. Tridē.

Eccli. 29.

Psal. 40.

Eccli. 3.

Psal. 40.

Dani. 4.

Psal. 40.

2. Timo. 4.

Roma. 10.

Ephē. 1.

Luce. 24.

Isai. 6.

Math. 15.



**Math. 15.** phemiæ, hæc sunt quæ coinquinant hominem. quasi diceret. Hæc sola sunt, quæ coinquinant cor. siquidem malæ cogitationes prohibentur nono & decimo præcepto decalogi. homicidia prohibentur quinto, adulteria & fornicationes, sexto: furta, septimo: falsa testimonia, octauo: blasphemia verò prohibetur præcepto secundo: non verò meminit tertij & quarti præcepti, quia non obligant omnitempore. Et ita non inquinatur, qui non semper seruat. nec meminit primi, quia cum fidelibus loquebatur. Vnde colligo nihil inquinare cor, nisi quod est aliquo diuino præcepto vetitum. quia nihil inquinat cor nisi peccatū. nihil verò, peccatū nisi phibitū lege diuina. sub qua intelligo esse comprehensam humanam. Paulus enim humanas leges discipulis suis tradens: non se humano spiritu duci existimat. Sed ait, Puto autem quod ego spiritum Domini habeam. Et rursus quas leges tradit rex, si iustæ sunt: ab ipsa natura, & à Deo, auctore naturæ, procedere existimo. En tibi quibus cor inquinatur.

**1. Corin. 7.** ¶ Rogas, quomodo anima quæ peccauit sordescit? Planè, quia palacium fit: pulueribus & sordibus, id est, peccatis plenum. Item fit cubile draconum. vt Isaias dixit: Et rursus, qui tangebat mortuum, olim erat immundus: at nihil peccato magis mortuum: est enim causa omnis mortis: siquidem per peccatum mors. Et tertio, est facies carbonibus denigrata, vt Ieremias planxit: Et quidem huic Sancto Propheetæ, verba dcerant, quibus has animæ sordes declararet: demum tu prospice, quomodo res corporales sordent, & contaminantur. & necdum inuenies viam collatione, sordibus animæ quadrantem. ¶ Quarunt Theologi, quid tandem sit illa macula, quæ animæ hæret post peccatum? Et respondent, quod est carentia gratiæ: quæ tantum nitoris animæ conciliabat. At ego nescio, quid maius sit macula illa, quam priuatio gratiæ. Psalmus enim dicit: Abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. & in Prouerbiis dicitur: Abominabile est Domino, omne cor prauum. At non est Deo abominabile id omne quod gratia caret. Nec enim abominandus esset Adam si sine gratia conditus esset. Igitur ille consensus in peccatum macula est, quæ animam contaminat. ¶ Dices: consensus ille præterit, igitur & præterit macula. Respondeo: quod coram oculis Domini non transit actus. Deus enim vocat quæ non sunt, vt quæ sunt: itaque tam sibi Deus habet præsentia quæ præterierunt, & futura sunt, ac si præsentia essent. & ideo maculata est anima: non re quæ in se sit, sed quæ in oculis dei sit, vt igitur passio Christi licet transierit, est tamen Deo præsens: & ideo eterna redemptio vocatur à Paulo: Ita & coram Deo omnis actus est præsens. Sicut si quis dat elemosynam, licet datio transierit, manet tamen viuua, & præsens, in cælo: iuxta verbum Domini, the-

faurizate vobis thesauros in cælo. at thesaurus non est res quæ abiit. Intelligant igitur Christiani, cum operantur, non se transitoria & fluentia peragere: sed æterna. qui bonum facit, æternū bonum recondit in cælo: qui malum, æternum sibi malum conciliat, thesaurizat enim sibi irā. ¶ Porro quia anima spiritualis est: & cum consentit peccato, ipsa tota consentit: ideo & ipsa tota sordescit: non extra solum, sed intus. Intra enim maledictio sicut aquæ, in interiora eius: & sicut oleum in ossibus eius & hoc est quod Psalmus dicit: Tenuit eos superbia, operi sunt iniquitate & impietate sua, prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. vt ergo, guttæ ex liquato adipe prodeunt ex intimis adipis, ita iniquitas prodiit ex intimo animæ inquinatæ. ¶ Surrige ergo te lector quæso animum, & contemplantur: Si vna iniquitas sordentem animam reddit: quantum sordium erit, vbi iniquitates peruaserunt cor? Præuū est cor hominis præ omnibus. & sensus & cogitatio hominis in malum prona sunt, ab adolescentia. Est igitur cor hominis sentina peccati, fons malorum, minera vitiorum. & cum verum sit, quod prudentia carnis sit Deo inimica. vide duos in homine malorum fontes, carnem, & animam carni consentientem. Quod si intelligis & penetras: admiraberis, & obstupesces, quod vllū sit cor in orbe mundum. Si enim cor est prauum præ omnibus: & simul duobus malorum fontibus hæret: vbi reperies cor ab immunditia purum? An non merito dicit Isaias: Oēs iustitiæ nostræ, vt pannus menstruatæ? Sanè cor mundū non est opus hominis diuinū opus est, teste Dauid qui dixit: Cor mundum crea in me Deus. Quis enim posset facere mundum de imundo: nisi solus Deus? Cum igitur Deus id possit facere: & Dauid asserat in se factum, cum dicit: Sine causa iustificauit cor meum (per gratiam scilicet Dei) & laui inter innocentes manus meas. & Iob asserat, nō me reprehendit (inquit) cor meum: Cum hæc ita sint, quæ furia Lutherum inuasit: vt assereret, neminem mundum à culpa mortali? Planè si nemo corde mundus, igitur falsum asseruit Dominus dicens: Beati mundo corde & falsum Psalmus q̄ dixit: Quis ascendet in montem Domini? Innocens, inquit, manibus, & mundo corde. Si igitur nemo est mundus corde: nemo ascendit in cælum: ac proinde claudat Deus cælum suum. si nullus est, qui eò intret. ¶ Aduerterat Lutherus (vt video) cordis sordes. at non aduerterat Christi sanguinem, quo ille sordes lauantur. hic est sanguis (inquit) qui effundetur, in remissionem peccatorum. igitur peccata per sanguinem mundantur. Teste Apostolo, qui dixit: sanguis Christi emundauit conscientiam nostram, ab operibus mortuis: ad seruendam Deo viuenti. Quæ igitur esse sordes possunt, quæ huius sanguinis tanta puritate, non purificentur? ¶ Imo

Roma. 2.  
Psal. 108.  
Psal. 72.  
Ieremi. 17.  
Roma. 8.  
Psal. 50.  
Iob. 14.  
Psal. 27.  
Iob. 27.  
Psal. 23.  
Math. 26.  
Hebreo. 9.



¶ Imo verò ego arbitror beatos mūdo corde, nō propter cor: sed propter sanguinem. qui purificauit cor. beatum enim cor, cui beatus sanguis adhēsit. beatum cor, quod beato sanguine factum est mundum. Quo circa existimo, cum Dominus verba hæc, beati mundo corde: suo protulit ore, intima eum ex corde traxisse suspiria: videns, quā magno sumptu, erat hominum consciencia purganda. quodq; non nisi suo esset sanguine nostras conscientias emundaturus. Tali aqua melius sanatur nostra lepra: quā aquis Iordanis sanatus est Naamam. Tali fonte melius illuminatur homo: quā cecus in aquis Siloa. tali felle amaritudinis sanatur oculi melius: quā Tobie oculi sanati sunt felle piscis. Quod si sputum Christi terræ commistum, oculos reddit cæco: an non magis munditiam simul & lucem reddet immundo cordi, Christi mundissimus sanguis, ex suo mūdissi. corde promanās? Quod si sanguis hic illuminat cor: quid miraris. si cor sic illuminatum Deum videre possit? Enimvero, vbi sanguis Christi est, Christus est: at vbi Christus est, est eius minister. Si igitur vbi Christus est, videtur Deus, fit vt ministri Christi, eius sanguine mundi, Deum videant.

¶ Porro hic Christi sanguis applicatur nobis per sacramenta vt per baptismum. testante Apostolo, cum dicit: Mundans eam lauacro aquę in verbo vitę. & etiam per pœnitentiam. iuxta illud Dauidis: Asperges me Domine hyssopo & mūdabor. Rursum applicatur per bona opera: opera enim sacra purificant cor: non ex se, sed ex sanguine Christi iuxta illud. date elemosynam, & ecce omnia sunt vobis munda. & illud: dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit mundat igitur elemosyna in pauperem: & dilectio in Deum. mundat item obedientia: castificantes, inquit, animas vestras in obedientia charitatis. Rursum & mundat fides, (viva scilicet) secundum illud. fide purificans corda eorum. demum purificat spes: qui enim habet hanc spem, sanctificat seipsum. ¶ Porro triplex est genus mundi cordis, prius est carere mortali crimine. alterum carere his peccatis & eorum occasionibus. Tertium: idq; vt summum, ita & difficillimum, negasse voluntatem in omnibus. est enim voluntas propria fons immunditiarum. ab hoc fugisse fonte, plena mundicia est. Iam vt quisq; cor magis mundauerit, Deum clarius videbit. Sunt enim qui etiam in hac vita apertius Deum (licet ex fide,) cognoscant, id prestante cordis mundicie. & quidem cum verum sit illud Gregorij, omnia videt, qui videntem omnia videt: si cor humanum naturaliter scire desiderat: en ad manū facilis est sciendi via. videlicet, si cor mūdaueris.

Huic mundo cordi proponitur vnicum, singulare, & incredibile præmium, scilicet, videre Deum. quo verò modo sit Deus videndus: explicatur a Paulo, si tamē explicari id potest. Paulus inquit: Videmus nunc per speculum in æni-

gmate: tunc autem facie, ad faciem. & rursum. nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscā, sicut & cognitus sum. Explicauit etiam Ioānes: scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus. quia videbimus eum, sicuti est. Explicauit Dauid: In lumine tuo videbimus lumen. Et Isaias: Videbimus regem in decore suo. Planè nullum ingenium explicabit magnitudinem verborū, quę ab his Patribus dicta sunt. Sanè Deus totus est facies, nec enim in cœlo habet illa posteriora, quę Mosi ostensa sunt. si igitur videbo faciem Dei: Videbo igitur Deum totum. At Deus infinitus est. Videbo igitur infinitatem. O quam extendetur oculus, qui Deum infinitum videre sufficiat? Id luculentius, & magnificentius expriment verba sequentia. nunc inquit cognosco ex parte, tunc cognoscā: vt & cognitus sum. Sunt hæc verba tantę fiducię plena, vt horreat animus ea contingere. Sed quid timeo? An non & Ioannes in eandem loquitur sententiam? Similes ei erimus, cur? Quia videbimus eum sicuti est. Dijerimus. in eam celsitudinem attollemur, quantam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Nec minus habent altitudinis verba illa, in lumine tuo videbimus lumen. dicūtenim Theologi, quod diuina essentia vnitur per modum luminis, & speciei intellectui humano. ò rē summę celsitudinis! Accinit Isaias: Videbimus regem in decore suo. in opibus suis in thesauris: quasi parum esset, vidisse regem. Ergo Mosēs quia non videt nisi posteriora: ideo legem non tulit, qua homines: videre Deum possent. Sat eis erat, posteriora Dei videre. scilicet his temporalibus bonis frui. quia lex mundare corda non poterat. impossibile enim est sanguine hyrcorum corda mundari. At cum fides Christi purificet corda (cū viua est:) & sanguis Christus emundauerit corda nostra: fit vt in solo Euangelio, in quo est mundicie, proponatur præmium mundicie consonum, quod est videre Deum.

**Beati pacifici.** Duę hic difficultates se obiciunt. altera, quos pacificos Dominus vocet? Altera, cur pacifici filij Dei vocantur? Ad priorem responsio est: Pacificos hic dici Prelatos, predicatores & confessores: quibus ex officio incumbit, componere pacem inter Deū & homines. Et quidem mirari non sufficio Dei pietatem. Venit ille in mundum, rogaturus hominem, vt secum pacem haberet: hanc verò pacem tantopere cupit vt beatos dicat, eos qui pacem efficiant illam, quam ipse desiderat. Ad eam enim desiderat: vt ne frustretur desiderio suo, beatitudinem ei promittat, qui Deum homini reconciliet. Cantarunt & veluti rogarunt pacem Angeli, Deo in terris nascete. vehemēter igitur Deus optat pacē cum homine: ac si homo Deus esset. Beati ergo, qui munere, tā Deo grato funguntur. quorum est, regnum diaboli, & eius opera dissoluere: fortem armatum ex atrio excludere:

1. Cor. 13.  
1. Cano.  
capit 3.Psalm. 39.  
Isaic. 33.

Exod. 33.

Isaic. 64.

Hebræ. 10.

Hebræ. 9.

Luce. 11.

Ioan 9.  
Luce. 114. Regū 5.  
Ioan. 9.  
Tobiaz. 11.

Ioan. 9.

Ioan 12.

Ephes. 5.

Psalm 50.

S. Thō. 3.  
quæst 49.  
Luce 11  
Luce 7.1. Petri 1.  
Actor. 15  
1. Cano.  
Io. 3.



Luce. 22. dere: cœnaculum parare, vbi Dominus pascha cum discipulis manducet: vineam domini elapidare: viam Domino parare: colles humiliare, valles implere, leprosos mundare: putres carnes salire: vt qui sal sint terre, mundum illustrare: vtpote qui lux sint mundi.

Math. 5. ¶ Dices: nū etiam beati sunt reges, iudices, reliqui etiam Domini temporales: qui corrixantes ad amicitiam reuocant? Ad hoc dicerem: nō admodū de his, hoc loco tractari. non enim de bobus cura Deo est, adeo vt fratribus corrixantibus dixerit: quis me constituit iudicē inter vos?

3. Cori. 6. & Paulus: cum secularia iudicia habueritis, contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, ad iudicandum assumite. contemptibiles inquit, non curans illos vocare beatos. At quia secularis reconciliatio, pacem promouet spiritualem: ideo beatos etiam suo quodammodo, Reges, & seculares dominos, audeo pronunciare. ¶ Nec enim quia bella gerunt beati esse desinent: si per bella pacem inquirant: si que non bellator animus adsit, sed pacis amator.

Iam ad secundam difficultatem. Cur pacificatores hi, dicantur filij Dei? Ad quod prior solutio, & plana est. Quod iuxta Hebręos, queuis res cū asseritur grandis, & illustris: Dei dicitur, vt mons Dei, mons pinguis, id est, mons ille nobilis, mons est sœcūdu. & ceciderat in eos somnus Domini. id est, grauis somnus: & item, ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, id est, filij illustres: viri præcipui: ita & hi pacificatores filij Dei dicuntur, id est, magni. Planē quia scribitur in Euangelio: qui fecerit, & docuerit: hic magnus vocabitur, quasi dicat: qui cum se pacificauerit, alios etiam pacificat: hic verē magnus vocabitur. idem ergo est filij Dei, & magni. ¶ Sed penetremus aliquanto profundius. Si iudices, Israël, qui pacē in populo faciebant, dij dicuntur: quanto potius Christiani, qui pacē faciunt in cœlo, Dij nominabuntur. Deus (inquit) stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos diiudicat. Dij hoc loco, vocantur iudices illi Iudeorum, qui iudēis iura reddebant. an non magis dij, qui inter hominem, & Deum ius dicunt: hominem Deo subdunt, Deum que homini reconciliant? ¶ Sed interius penetra. Christus quatenus homo, filius Dei est. Sanē quia Verbum diuinum filiationem naturalē (quā Dei filius est) Christo homini communicauit. nec enim Christus homo, alia filiatione filius Dei est, quam eā, quā Verbum Dei, Dei filius est. Porro filiationem, (non naturalem, sed adoptiuam, cuius nos eramus capaces) trāstulit in homines Christus. Verē ergo filius Dei Christus, qui filios Dei gignere potuit, suam in illos filiationem transfundēs. ita & pacificatores hi, verē filij Dei sunt: quia etiam filios Dei gignunt. Paulus inquit, p̄ Euāgelium, in Christo ego vos genui. genuit verō, nō filios hominum, nec filios Adē: genuit igitur filios Dei. Iure igitur merito filij Dei vo-

cabuntur: qui filios Dei producant. ¶ Adhuc tamen considera Christus vt Deus: ideo Dei filius est, quia totam diuinitatem à Patre accepit, sicut à Patre nō abstulerit. & hac de causa, Christus in terra Deum Patrem suum representabat, vt cuius deitatem acceperat. Perinde enim erat Christum videre, audire, tractare: ac si Patrem videres & tractares. Ideo Christus ait: Qui videt me, & Patrem meum videt. Verē ergo Christus filius Dei, qui ita Patrem representat. Quare & verē erunt filij Dei qui Deum in terra representarint. Nunc Paulum considera dicentem: viuo ego, iam nō ego: viuunt in me Christus: eius accipi deitatem: quidam Christus, ego. Alibi dicit: Nos autem reuelata facie, gloriam Domini specularantes, in eandem imaginem transformamur: id est nos sumus speculum, limpidum, quod deitatem in se suscepit: eamque viuam reddit imaginem. Vides ergo animam Pauli: quæ (velut speculum) deitatis receperat gloriam. Alibi dicit: ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur. Quasi diceret: habeo Deum extra me, & coram me, & intra me: qui audit me, non me: sed Deum loquentem audit. Si Paulus, pro humanis viribus, deitatem ita hauserat, vt totus in ea nateret, absorberetur, penetraretur. an non verē dici hic hic potest filius Dei? Tales filij Dei pacificatores sint, si verē filij Dei esse velint.

¶ Porro sicut filij Dei officium fuit, se in terra seminare: vt granum frumenti mortuum, multū fructum afferret: ita & hi pacificatores granum frumētī sunt: qui semper mortificationem Dñi I E S V, in corpore suo portant: vt vita I E S V manifestetur in corporibus vestris: inquit Paulus. & addit: semper igitur mors operatur in nobis: vita verō in vobis. verē Paulus, & qui eum immitantur: filij Dei dicuntur: qui ita filiū Dei sequuntur: vt mori velint, pro vita filiorum.

¶ Iam sicut in hoc apparuit filius Dei: vt destrueret opera diaboli: & vt filios Dei, qui erant dispersi, in vnum ouile reduceret: ita & hi pacificatores in hoc apparent filij Dei: vt destruant opera diaboli. (Quem propterea sunt acerrimū hostem habituri) & filios Dei ad diuinas caulas reducant: quos propterea, vt filios dilectissimos sunt amaturi. ¶ Sunt multi Doctorū qui velint: pacificos hīc dici: qui post pugnas, & agones spirituales, pacē à Deo acceperunt: vt iā, nō Iacob dicantur, sed Israël: non puginator Dauid, sed pacificus Salomon: non naufragus Noë super aquas: sed is ipse Noë exhaustis aqs: Deo hostias suauē olentes offerens. Quæ explicatio non displicet. Si igitur hos pacificos, seu potius pacatos esse velis: dic hos esse filios Dei: sicut enim in Deo, non pugnat iustitia cum iniustitia: totus enim ipse iustitia est. nihil habens iniustitię: & sicut in Deo non pugnat esse, cum non esse, totus enim Deus est esse: ita & in his pacificis, totum iustitia est, bonitas est, Deus est, & ideo totum bonum est, pro captu tamen suo.

Psal. 67.  
3. Regū. 26.  
Psal. 81.

Math. 5.

Psal. 81.

3. Tho. 3.  
part. 4.  
artic. 4.

3. Cori. 4.

Ioan. 14.

Galat. 2.

2. Cori. 3.

2. Co. 1. 2.

Ioan. 12.

2. Cori. 4.

1. Ioan. 3.

Ioan. 11.

Genes 32.

2. Regū. 7.

Genes 8.

Beati



**Beati** qui persecutionem patiuntur. Certè prudentissimè Christus persecutiones beatificauit. Si enim persecutio hac careret consolatione, aut desperaret qui eam patitur: aut iustitiã ppter quã patitur, desereret. Sed quia Deus ipse est iustitia: ideo premiũ patiẽti propter iustitiam proposuit. ¶ Interim tamen mecum lector stupeas, videns esse, qui iustitiam persequatur. An non iustitia pulcherrima est? Videlicet quæ diuinam pulchritudinem habet. cur igitur homines, cum tam lucentem & splendentẽ fulgorem conspiciant: non magis ipsum amant, quàm odiant? Non magis favore, quàm furore prosequantur? An nõ iustitia hominum animis concreata est, & congenita? Videlicet, sicut veritas intellectui innata est, ita & voluntati bonitas & iustitia, (omnia enim bonum naturaliter appetunt) cur igitur homines contra suas se arman opes? Anima rationalis naturaliter rationis est particeps, cur igitur cum ratione bella gerit? Et quod magis mirare ipsi iudices terre: quibus datum est iustitię vexilla ferre, & pro iustitia conferere manus, ipsi sunt: à quibus sibi magis iustitia timet. hi sunt, qui etiam latentem iustitiam in publicum proferunt: & cum ea non solum latentem, sed publicè pugnant. Nec interim populus contra iudicem insurgit, iustitiam à iudicis manibus erepturus. An non verè beatus ille reddetur a iustitia ipsa: qui contra furentem iudicem, & populum, pro iustitia se profert: etiam occidendus? Beati ergo qui patiuntur persecutionem, vt iustitiam tueantur, quia ipsorum est regnum cœlorum. ¶ Primum: quia qui se humiliat dignus est, qui exaltetur. at qui patitur propter iustitiam, vilis estimatur: vita, & luce indignus. ideo enim & vita & luce priuatur. dignus ergo est, qui vita, & luce eterni regni coronetur. ¶ Dignum est: vt granum frumenti pro iustitia mortuum, reuiuiscat. Si igitur moreris pro iustitia, dignum est vt tibi vita reddatur: non terrena, quam pro iustitia perdidisti: sed cœlestis: quia est ipsa iustitia, cœlestis. ¶ Et quidem si tanto pretio dignam iustitiam estimauit: vt propter eam quicquid in mundo dulce est contemnerem, quicquid amarum est amplecterer: an non equum est, vt det ipsa iustitia mihi, id quod mundo maius est, scilicet regnum cœlorum? Eleganter David. Captabunt, in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. Sed quid propterea David? Certè factus est Dominus mihi adiutor, Deus meus in adiutorium spei meę. Vides lector Deum esse spem iustitię condemnatę? Alibi inquit David: spem incipis cõfudisti. quia Dominus spes eius est. ac si diceret: conamini vires iustorum confringere: at verè: ideo deus spes eorum est. ¶ Adde: si iustus in persecutione Christo commoritur: necesse est cum eodẽ, viuificetur: qui enim suscitauit Dominũ IESVM à mortuis: viuificabit mortalia corpora vestra, propter in-

habitantem spiritum eius in vobis. Sicut enim propter inhabitantem spiritum, non succubuit iustitia iniustitiæ: propter eundem spiritum est necesse quod non succumbat vita morti.

¶ Quod si violenti rapiunt cœlum: nescio qui sint potius hi violenti: quã qui sibi illatam violentiam libenter amplectuntur: quique tanto opere sibi vim faciunt: vt propter iustitiam, vitam suam tyrannorum libini subiiciant. ¶ Et si pauperum est regnum cœlorum: an non magis erit eorum: qui parati sunt omnibus rebus, & ipsa sibi vita dilecta carere, ne vitam deserant iustitiæ. Si regnum cœlorum, is habet pauper: qui cum pulcibus, & sordibus bella gerit: an non magis habebit, qui propter iustitiam, paratus est, bellũ gerere cum omni creatura? ¶ Duo mihi reliqua sunt dicenda. Alterum est: mirari quã parũ sit Deus noster avarus: quã suum regnum facile cuius patienti cõmunicet. ac si meritis nostris, maximè ille indigeret. aut regnũ suum minimè ille estimaret. Et quidem si Dei seruus sum, necessitas incumbit mihi pro Deo meo pati. nec ille propterea, me regem regni sui efficere obstringi videbatur. Seruus enim inutilis sum, & quod debui facere feci. ¶ Alterum est: contemplari: cur dicat Dominus: eum qui patitur, iam regnũ habere cœlorum. nec enim dicit eorum erit regnum, sed ipsorum est. Et quidem iuxta Paulũ, regnum Dei est iustitia, pax, & gaudium in spiritu sancto. licet igitur, qui patitur, pressuram in mundo, & ex mundo habeat: at si in spiritu sancto pacem habet, & iustitiam, & gaudium: sanè regnum habet iam ausculta. Si pateris propter iustitiam, habes iustitiam: pateris enim ne deseras quod habes. At iuxta Paulum pax & patientia coniunguntur: est ergo (si pateris propter iustitiã,) simul in te, iustitia & pax. at iuxta eundẽ, patientia parit probationẽ, & spem regni. ex vtraque immensum oritur gaudiũ. gaudet enim animus, cum in tribulatione non succubuit. gaudet item, quod sibi tanta paratur retributio. meritò igitur regnum habet qui iustitiam, pacem, & gaudiũ habet. & rursus, reuera Dominus mudi est, qui propter iustitiam mundum tam facile contempsit. nec poterat mundum ita contemnere, qui aliquid cœliam non haberet.

**Beati** estis cum maledixerint. Si in hac beatitudine dixisset Christus: tolerate, cum maledixerint vobis homines: erat tolerabile verbum. At cum dicat, gaudete, & exultate: considerare nos iussit, quę tanti esset causa gaudijs? Et quidem primo gaudeat deserta, plures filios habes: quam quę habet virum. Cum consolaris, videris tibi virum habere: cum angeris, videris tibi esse sine marito. at gaude, quia plura tibi sunt merita, & maiora: cum sic sine viro es, quàm cum virum videbaris habere. Secundo: vir iustus gaudet, cum datur sibi soluere quod debet. at cum consolamur, viuimus nobis. cum patimur, viuimus Christo. debemus autem ei, q̄ p nobis mortuus

Math. 12.

Math. 5.

Luce. 17.

Roma. 14.

Galat. 5.

Roma. 5.

Isaac 54.

2. Corin. 5.

Luce. 4.

Ioan. 12.

Psalm. 93.

Ibidem.

Psalm. 13.

2. Timo. 2.

Roma. 8.